MENSA THEOLO-PHILOSOPHICA SEU CONUIUIORUM PULPAMENTA...

Matthaus Tympe

MENSA THEOLO-PHILOSOPHICA,

SEU

CONUIUIORUM

PULPAMENTA ET CONDImenta suauissima,

HOC EST

Quæstiones Symposiacæ, facetæ quidem, seriæ tamen & multa grauitate conditæ, nec non per LXII. Locos communes disposite

Studio & industria

MATTHAEI TYMPII Theol.

Luc. 24. v. 17.

Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem?

1. Cor. 10. v. 31.

Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.

Monasterij VVestph. T[illegible]is Lamberti Rassfeldij, Anno 1615.

Ad candidum Lectorem.

QVoniam non omnes hæ Quæstiones, beneuole Lector, omni aut tempore, aut loco, aut quocunq; in consessu decent, cauendum est, ne decori ignoratione peccetur & modus excedatur. Isocrates cum instãtius rogaretur vt in cõuiuio quodam promeret aliquid de artis suæ officina, respondit: *Quæ ego noui temporis huius non sunt, quæ vero exigit tempus hoc, ego nescio*, indicans parum congruere lasciuientibus ex vino oratoriam inserere grauitatem. Plut Sic & Seneca ait ep. 29. Nunquam volui populo placere. Nam quæ ego scio, non probat populus, quæ probat populus ego nescio.

ADMODVM REVERENDO, PIETATIS, ERVDITIONIS, ET SApientiæ gloria prȩstantissimo viro, ac Domino, Domino IOANNI GHELENIO, SS. Theologiæ Licentiato eruditissimo, Diui Andreæ apud Colonienses Canonico optimè merito, & celeberrimi Gymnasij Montani Regenti vigilantissimo, Domino & amico suo vnicè colendo.

TRibus potissimum de caussis, Admodum Reuerende & eximie Domine Regens, Quæstiones hasce Symposiacas per Locos cõmunes dispositas in vulgus exire volui. Primo vt vsu earum præpediam atq; adeo, quoad fieri potest, abrogem immodicas illas intemperantesq; cibi potusq; ingurgitationes, ad quas se mutuo in conuiuijs, etiam Christianorum, inuitant seu potius cogunt cõpotores, atq; hac ratione quasi venenatis quibusdam pharmacis omnis generis morbos mortemq; adeo ipsam sibi inuicem celerem & immaturam accersunt.

Deinde vt (quia in conuiuijs abundare solet loquacitas & quæ quisq; fecit, dixit, cogitauit in ijs tanquam tribunalibus ventilantur, & temulenti

 cen-

censores, cum oßibus abstineant, alienam tamen famam rodunt) honesti cõuiuæ ijs ad gloriam Dei, & proximi salutem, vtendo, detractiones & omnes noxios sermones deuitent. Tertio vt ijs, quasi quadam ambrosiâ, honesta ingenia reficiantur & animi, seu pondere curarum laßi, seu studiorum aliorumq; laborum perpetuitate fatigati ac delassati, recreentur & instaurentur.

Olim enim Athenis festis diebus aliquot boni amici laxaturi animum congregabantur, & artificiosum obscurumq; quiddam de virtutibus & artibus in medium, tanquã collectam, cõuiuæ proferebãt, pro suo quisq; captu & ingenio, ne plane nihil agerent, aut nugis etiam intenti viderentur. Postea sine inuidia & ira conuiuantes, qui iudicio doctiorum cõuincebantur, leui mulcta castigabantur, vnde postea Symbolam conficiebant. Quæ res suppeditabat & conuiuis symbolam, & diligentiæ exercitationem & intellectui cõmonefactionem, excitabat etiam ad maius & ardentius studium tàm victos quàm victores.

Quisquis etiam apud Platonem cœnabat is vnam voluptatẽ capiebat ex apparatu facili, quæstionibusq; philosophicis, alterã quod postridie nec capitis grauedinem nec stomachi cruditatem sentiret.

tiret. Hinc cœnam frugalem & eruditam, cœnam Platonicam appellamus, vel Pythagoricã, vel Diogenicã, his enim omnibus leges sumptuariæ metuendæ nõ erant, quia admodum frugaliter viuebãt. Apud Põponium Atticum *nũquam sine aliqua lectione cœnatũ est, vt non minorem animo quam ventre conuiuæ delectationem perciperent.* Nemo in conuiuio Titi Pomponij Attici, *ait Probus*, aliud acroama audiuit quam anagnosten, quod nos quidem iucũdissimum arbitramur, neq; vnquam sine aliqua lectione apud eum cœnatũ est, vt nõ minus animo quã ventre conuiuæ delectarentur. Namq; eos vocabat quorũ mores à suis non abhorrebant. Carolus Magnus *inter prandendum & cœnandum sibi libros S. Augustini de ciuitate Dei & historias legi curabat. apud Plutarchum (in conuiuio 7. Sap.) legimus Priscos etiam Reges ingenio certare sibiq; mutuo quæstiones proponere solitos fuisse, & victoriæ præmium aliquod propositũ fuisse. Sic Tyriorum Regi* Salomon *ænigmata apud Iosephum lib. 8. antiq. iud. c. 5. proponit. Quomodo* Alexander Magnus *decẽ Gymnosophistas, postquam ad obscuras & obuolutas sibi propositas quæstiones aptißimè respondissent, muneribus honoratos dimiserit prolixè refert Plutarchus in Alex.* Tiberius Cæsar *ex lectione quotidiana quæstio-*

nes discutiendas in cõuiuijs proponebat. Alfonsus Siciliæ Rex statim post prandium vel Panormitanum vel alium è doctis viris audiebat, vt qui dignum iudicaret animum quoq; cibo suo post pastum corporis reficere. A Græcis ænigmata & gryphi post conuiuia proponebantur, quorum captiones soluenti præmium erat portio carnis, non soluenti pœna erat vt salsum hauriret poculum. Interrogatus Ctesibius (teste Cælio lib. 27. cap. 24.) quid sibi ex philosophia superesset, respondit, ἀσυμβόλως δειπνεῖν, hoc est, sine symbolo cœnare, nam cum iocis scateret sæpius vocabatur. S. Augustinus fatetur in lib. Retract. se cum necdum esset baptizatus celebrasse suum natalem & in eo conuiuio ventilatam esse quæstionem, de vita beata. Origenes nunquam cibum capiebat absq; lectione, indignum ratus deteriore hominis partem refici meliore neglecta.

Breuiter quotquot viri prudentes se à molestijs & angoribus voluerunt abducere, & ad hilaritatem ac lætitiam dare, ij semper eiusmodi lepidis ac facetis quæstionibus non potuerunt non delectari: Omnes enim flagramus scientiæ cupiditate, & ea quæ latent obscuritate inuoluta nitimur peruestigare, eaque de caussa

cum

cum aliquid antea nobis ignotum cernimus ingenti gaudio cumulamur. Neq; illud mirum nobis videri potest, cum vt Arist. ait, minimum sit quod nouimus, maximum quod ignoramus, nec non omne ens naturaliter appetat suam perfectionem, & conetur, quoad potest, se aßimilare primo enti; scientia vero maxime perficiat intellectum. Commendat nobis etiam eiusmodi quæstiones Macrobius, cum inquit: Cum videas anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conuiuijs, in quibus lætitiæ insidiabitur ira, ab eiusmodi dictis facessas, & magis quæstiones conuiuales vel proponas, vel ipse dissoluas.

Iam hisce in gratiam studiosorum collectis & per Locos communes dispositis quæstionibus, Admodum Reuerende & prudentißime Dom. Regens, cum paßim recepta consuetudo Patronum quærere iuberet, habita aliquandiu deliberatione non melius me hoc munere defuncturum putaui quàm si Te in sanctißimo regendi & formandi iuuentutem munere, in tanto, inquam, dignitatis & excellentiæ gradu (ob heroicas, quibus egregiè à Deo armatus es, virtutes)

locatum eligerem. Tu enim eas facile clypeo authoritatis tuæ aduersus maleuolos ac theoninos dentes defendes, & splendore nominis Tui munita multi (quemadmodum mihi persuadeo) Studiosi non solum diligenter eas in manibus terent, & oculis percurrent, sed magnam etiam similium quæstionum multitudinem in Locos suos communes comportabunt.

Adhæc optimi quiq; & sapientißimi formandæ ac conseruandæ Reip. magistri tum præceperunt magnam esse habendam primæ efflorentisq; ætatis rationem, nec confusa scientiarum quarumuis inculcatione opprimendam, sed pedetentim ordineq; ac via ad ipsum sapientiæ collem & apicem vocandam; tum mandarunt diligentißimè esse τὸ πρῶτον τὴν περὶ θείων ἐπιμέλειαν, siue vt noster Paul. inquit, τὴν γυμνασίαν πρὸς εὐσέβειαν, quæ spem habet & vitæ quæ nunc est, & futuræ, eamq; vt imbiberet iuuentus cum ipso lacte è non putidis verminantibusq; lacunis & sentinis, Sed ex purißimo venerandæ antiquitatis latice & limpidißimis S. Scripturæ fontibus, seuerè constanterq; sanxerunt. Noluerunt enim, Prudentißimi viri verißimũ esse illud Aristotelis: οὐ μικρὸν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι,

ἀλλά

ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Nouerunt eos quibus Pietas præ cunctis rebus est cordi Deum suorum laborum habere ductorem & moderatorem: Considerarunt etiam ruinas & veluti proiecta cadauera multarum ciuitatum, gentium, nationum & imperiorum, quæ recisis à rudi pueritia virtutis ac pietatis fibris citißimè consenuerunt, & à fide ac virtute prius desciuerunt quam felicitatem suam horribili miseria & calamitate funestari senserunt. Cum igitur in eo potißimum Tuus, prudentißime D. Regens, desudet labor vt in augustißimo Tuo Gymnasio rudis adolescentia non modo litterarum scientia imbuatur, sed etiam morum elegantia, tanquam suauißimo eruditionis condimento exornetur, & ad virtutis illibatæq; pietatis templa perducatur, cumq; in eo Tecum Collegarum eniteat industria vt nullum discipuli habeant ad omnem virtutem maius incitamentum quam conspicuam in omnibus actionibus Præceptorum pietatem & sanctitatem, noli mirari quod Mensam hanc Studiosorum sub Tui nominis fulgore ac splendore in lucem emittere voluerim. Per sempiternam autem in cælo Patronis bonorum librorum repositam mercedem peto vt ipsam benigno animo suscipere & charis-

ſimorum meorum nepotum ſtudijs auxilio & conſilio Tuo adeſſe non dedigneris. Magnus ille auriga & Rector vniuerſi Te Tuoſq́ꝫ piâ doctrinâ doctâq́ꝫ pietate armatos Collegas ad honorem diuini numinis amplificandum, ad Eccleſia incolumitatem conſeruandam, & multorum Studioſorum ſalutem promouendam quam diutiſſime conſeruet incolumes. Datum Monaſterij ex Collegio Dett. Anno 1615. in feſto decol. S. Ioannis Bap.

R. T. dig.

Obſeruantiſſimus

Matthæus Tympius
Coll. Dett. Regens.

INDEX LOCORVM COMMV-
NIVM HVIVSCE MENSAE
Sapientum.

Senectu

Caput I.

DE ADVLATIONE.

Quæſtio I.

Quid ſibi vult illud Senecæ: Omne ſub regno grauiore regnum eſt?

PRincipes quidem populis, at principibus plerunq; imperare adulatores, qui dum laudant adûlant, dum ſuſpirant ſperant, dum plorant vorant, dum rident mordent, ac interim eo conferunt omnia vt turpem quæſtum abdomini fœnerentur. Hinc Michael Verinus:

Blandus adulator virus commune potentum,
Sæpius infeſto ſæuior hoſte nocet.

2. *Quid diſcriminis eſt inter aſſentatorem & amicum?*

Quemadmodum Patroclus proditurus in bellum reliqua quidem Achillis arma ſibi aſſumpſit, ſolam vero haſtam, vt grauem ac præualidam, ne attigit quidem: ita adulator omnia veri amici ſymbola imitatur præter ſolam admonẽdi libertatem, quæ vt haſta corpus, ſic illa animum amicè

 delin-

delinquentis intus ferit. Plut. *Hinc ille adulatoris os semper rosam, mens semper spinā habet.*

Hinc. Ant. Mancinellus.

Fallit adulator, retinens sub melle venenum.
Coruis innumeris quam blādo occurrere mallem:
Deuorat hic viuos, proiecta cadauera corui.

3. *Cui nocet assentatio?*

Ei qui eam recipit atq; ea delectatur, ita fit vt is assentatoribus patefaciat aures suas maximè qui ipse sibi assentatur. Cicer. in Lælio.

Solus autem in amando laudandoq́ nunquam
fallitur cui amandi laudandiq́ lex est Deus.

Marsilius Ficinus lib. 5. c. 23.

4. *Quomodo Diogenes vocabat blandam non ex animo proficiscentem sed ad gratiam compositam orationem?*

(Glatte/schöne/süßmündige wort).

Melleum laqueum, quia blandè amplectens hominem, eum iugulat. Nā aspidem sub lingua, venenum sub hamo offert adulator. Cato:

Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

5. *Quid*

8. Quid respondit idem interrogatus quænam bellua perniciosissime morderet?

Ex feris obtrectator, ex mitioribus adulator. Recte, nã hic stultorum diuitum est, arrisor, derisor, & arrosor. Sic & Bias interrogatus quodnam esset animal omnium maxime noxium, si de feris, inquit, percunctaris, tyrannus, si de mitibus adulator.

CAPVT II.

DE AMICITIA.

1. Cur iniuria ab Amicis illata duplicem meretur pœnam?

MEretur vnam, quia amici falluntur, alteram quia læduntur, falluntur quia aliud ab amicis exspectatur, læduntur quia loco amicitiæ damnũ accipiunt. graue certe & immedicabile vulnus habetur ab amicis lædi & vulnerari.

2. Quid parit & alit Amicitiam?

Aequalitas. Hinc legitur in vitis Pp. sapientẽ quãdam mulierẽ habuisse filiũ vnicũ

cuius societatem in mercimonijs expetebant plurimi (*Vir comis multos comites sibi iungit amicos*) dedit ipsa filio poma tria, mandans vt in via esuriens ea amicis scindenda & distribuenda offerret qd fit? primus partitur pomum in duas partes inæquales, ac partem minorem dedit huius fœminæ filio, maiorē sibi reseruauit, iuxta illud asini:

Si fueris quarum diuisor particularum,
Hanc discas artem maiorem suscipe partem.

Alter diuidit in partes inæquales & huic filio dat partem maiorem. Tertius in partes æquales scindit. quibus ad matrem relatis monet ipsa vt tertium eligat quia primus iniustus fuerat alteri, secundus sibi-ipsi, tertius æqualiter egit.

3. *Quomodo amicitia potest reconciliari, seu dormiens & sopita rursum excitari?*

Docent hoc Aristippus & AEschines (apud Plutar. de cohib. ira & Laerti. 2.) inter quos cum simultas incidisset, Aristippus adiens AEschinem inquit: *Num quāprimum redibimus in gratiam ac nugari desinemus, an potius exspectabimus vt scurris inter pocula fabu-*

fabula fiamus? Cui cum Aeſchines reſpondiſſet, ſe libenti animo in gratiam rediturum: memento igitur, ait Ariſtippus quod cum eſſem natu maior, prior te acceſſerim. Tum Aeſchines: *natu profecto vir me longe melior es, ſiquidem à me ſimultatis à te ſarciendæ gratia ſactum eſt initium.* Si quando Pythagoræ diſcipuli per iram in maledicta prorupiſſent, ante ſolis occubitũ dextris mutuo datis & ſalutatione facta gratiã redintegrabant. Plutar. de fraterno amore.

4. *Quomodo ab inimicis capienda eſt vtilitas?*

Diogenes dicebat eum qui ſaluus eſſe vellet amicis bonis aut inimicis infenſiſſimis opus habere, illi enim docent, hi veritatem dicendo reprehendunt.

5. *Quomodo veteres pingebant amicitiam?*

Pingebant pulchrum adoleſcentem nudum capite, indutum vili veſte, in cuius extremitate ſcriptum erat *mors & vita*: in fronte *æſtas, & hyems*, pectus apertum erat vt cor cerneretur, extenſo brachio monſtrabat cor, vbi ſcriptum *longe, & prope.* Adole-

dolescens significabat amicitiã semper debere esse recentem, nec senio interire; *nudum caput* amicitiam esse debere apertam, nullumq́; debere vereri amicitiam palam confiteri: *vilis vestis* neminem alterum ob paupertatem abijcere debere: *mors & vita* vsque ad mortem perseuerare debere: *nudum pectus*, verba & cor inter amicos debere concordare: *longe & prope*, amicitiã non debere cessare etiamsi alter ex alterius oculis quam longissime absit.

Hinc Marsilius Ficinus:

Montes non separant animos montibus altiores.

Certe confirmata amicitia nec solo, nec salo, nec cælo vt aiunt, tollitur.

6. *Quodnam est amicitiæ glutinum seu firmissimum vinculum, & quis eius amabilissimus nodus?*

Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter virtutem & probitatem etiam eos quos nunquam vidimus quodam modo diligamus. Probitatis tanta vis est vt eam vel in eis quos nunquam vidimus, vel, quod

quod maius, in hoste etiam diligamus. amicus fucatus ore dicit aue, corde cogitat caue, & o uæ. Cic. in Lælio seu dialogo de amic.

Qui sunt ficti & fucati amici.

Qui fluentibus diuitijs delicijsq́; præsto adsunt, refluentibus vero celeriter & procul auolant; qui veluti araneæ se filo librant donec prædam ceperint, at naufragio facto in scapham, vt aiunt, periclitantibus amicis, fugiunt.

Cic. in Lælio: *Si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret.*

CAPVT III.

DE AMBITIONE HONORE & magistratu.

1. Quomodo viri boni petunt honores & magistratus?

AVt nō petūt, aut alienæ, nō suæ, vtilitatis causa petunt, neq; si adepti sunt

exultant, neq; si repulsam tulerunt anguntur animo, sed placate & moderate ferunt, aut si quando dolent Reip. dolent vicem non suam. Maximam voluptatem in prætermittendis voluptatibus, maximas opes in quieto ac contento suis animo, maximam gloriam in non ambienda gloria ponunt. Satis honoratum putant esse qui honore dignus sit, satis magnum Regem qui seipsum regere, satis potentem imperatorem qui cupiditatibus suis imperare possit, qui vero eis plane domitis ac subactis, iugum rationis, quod illæ ne conētur quidem excutere, imposuerit, ab eo omnes aliorum victorias triumphosq; superatos. Esse se, vt de amphiarao ait Aeschylus, quam videri optimos malunt. **Muret.**

Horat.lib.1.ep.20.

Non ego ventosæ plebis suffragia venor. *Certè immutant mores homines, cum dantur honores.*

Mancher verkehrt sein gantzes lebn/
Wann jhm ein ehrnstandt wirdt gegebn.

vide Speculum meum seu 200. notas bonorum magistratuum.

2. Cur Magistratuum & Senatorum calcei apud Rom. fibulis eburneis instar lunæ corniculantibus vel lunæ imaginem repræsentantibus muniti fuerunt?

Vt admonerentur rerum humanarum modo feliciter, statim contrario cursu fluentium vicissitudinem caute & prudenter ponderandam, neq; solo nobilitatis nomine magnos spiritus sumendos esse. Luna enim cum iam clarissimam pręfert candodoris speciem iterum consenescens obscuratur. v. q. 7. cult.

3. Cur mundi honores lusibus puerorum sunt similes?

Nam vt pueri constituunt regem cui obediunt, sed finito ludo enim irrident & alapis petunt: sic mundus multos eleuat ad honores & dignitates, sed sublatis illis eos miserè deprimit, nullum illic vestigium pristinæ gloriæ relinquens. Hoc accidit Cyro de quo Trogus, accidisse & multis alijs Theatrum meum docet historicum.

4. *Quid lucrantur ad magnos honores euecti?*

Ludouicus II. Rex Galliæ Turonis quodam tempore accedens culinam, videt puerum vertentem veru ad ignem, rogatque: *Quantum lucraris?* respondet puer. *tantum quantum Rex ipse,* R. *Quid ergo lucratur Rex?* P. *victum & vestitum, tantundem & ego, sed ille à Deo, ego vero ab eo dum illi inseruio.* Delectatus Rex responso pueri cui ignotus erat curauit illum euehi ad honores.

5. *Cur honos scribitur cum aspiratione, onus sine aspiratione?*

Quia ad hoc nullus aspirat, ad illum omnes aspirant & anhelant, cum tamen virtutis & honoris templa coniuncta Romæ olim fuerint, vt ad hunc nisi per illam nullus pateret aditus.

Si quæratur honos non fugiatur onus.

Thucyd. φεύγων πόνους φεύγει καὶ τιμάς.

6. *Quis est optimus magistratuum aduocatus contra obtrectatores?*

Paupertas vti dicebat Iouianus Pontanus Ferdinando Neapolis Regi. Nam in magi-

magiſtratu incorrupti animi & puræ manus non leue argumentum eſt inopia, & contra quoſuis calumniæ ictus ſcutum optimum. contra vix video quo modo ij qui, in officijs conſtituti paruo temporis ſpacio ingentes diuitias congerunt, à rapinæ, vel vt leuius dicam δωροδοχίας, hoc eſt, acceptionis munerum crimine ſeſe vindicare poſſint.

7. Cur vita priuata melior eſt quam Regia?

Quia ei ſuppetunt 1. diuitiæ omnium maximę, *amici.* 2 res pretioſiſſima *veritas.* 3. res pulcherrima & iucundiſſima, *Aurora.* Quia autem Reges in ſummo gradu cõſtituti æquales non habent, ſine veris amicis viuunt, & quia ipſorum aulæ aſſẽtatorum plenę ſunt, raro aut nunquam verũ audiũt, quia denique ſomnum in multam fere lucem producunt auroram, qua nihil ad recreandos animi & corporis ſenſus eſt aptius, raro adſpiciunt, ab aulis certè principum veritas exſulat. Hinc Franciſcus I. Franciæ Rex ceruum in venatione inſequutus & à nocte oppreſſus pauperis

rustici tugurium subijt,& pro pręsenti copia à patrefamilias acceptus: peracta cœna quid homines passim de rege dicerent, eum rogauit. Hic rusticus, *Rex*, inquit, *bonus admodum princeps esse perhibetur, in eo tamen vehementer peccat quod domesticis nullius precij hominibus rerum ferè omnium curam committit, ex quo fit vt pleraq; maximi momenti negotia parum procedant*. ad hæc Rex tum quidem nihil respõdit, sed postridie suis, qui interea vndique aduolauerant, *Ex quo*, inquit, *tempore vobis ministris vsus sum ne vnum quidem verum verbum*, de rebus ad personam meam pertinentibus audire mihi contigit præterquam hesterno vesperi.

8. Quibus gradibus ad honores contendunt diuites?

Aureis & argenteis gradibus, hoc est, largitionib⁹ ac munerũ corruptelis. act.8.

9. Quomodo ambitio seruis suis imponit?

Id docet exemplum cuiusdam Germani artium doctoris & iurisconsulti qui his facultatibus fidens cum breui se Romæ in amplissimum virum euasurum speraret

secu-

ſecurius, contra egeſtate confectus, in publica hoſpitali domo diem obijt, conſcripto ſuis manibus hoc epitaphio.

Hic iacet Iacobus,
Qui fuit Romæ coquus,
Doctor in partibus,
Magiſter in artibus,
De gratia ſpeciali
Mortuus in hoſpitali.

10. Quæ eſt optima ratio dominandi & imperandi?

Cum quis ſuiipſius eſt Dominus, ſibiipſi imperat, affectibus ſuis turbulentis dominatur, & æſtuantes (furentes) animi motus compeſcit.

Horat. *Latius regnes auidum domando ſpiritum.*

Plin. *Hoc eſt regnare, nolle regnare cum poſſis.*

Qui recte faciet, non qui dominatur, erit rex.

——Tunc omnia iure tenebis.
Cum poteris Rex eſſe tui.

Salomon Prou. 16. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.

Boët. *Qui se volet esse potentem,*
Animos domet ille feroces, &c.

11. Quid deterrebit nos ab ambitione?

Quod septem pedum vrna seu cista sufficit mortuo. Hinc illud Alex. magni Epitaphium.

Cui satis heu magnus dũ viueret haud fuit orbis,
Huic septem ad tumulum sufficit vrna pedum.

Recte autem cecinit Thomas Morus.

Regibus ex multis regnum cui sufficit vnum
Vix Rex vnus erit, si tamen vnus erit;
Regibus è multis regnum benè qui regat vnum
Vix tamen vnus erit, si tamen vnus erit.

Ouid. *Bene qui latuit, bene vixit* & Horat. *Nomina magna fuge, licet sub paupere tecto.*

Reges & regum vitâ præcurrere amicos.

4. Reg. 14. Contentus est gloria. Syr. 7. Noli quærere ducatum & c. 20. qui potest.

Hinc Demosthenes & Themistocles (quod AElianus & Plutarchus annotarũt) propositis duabus vijs quarum vna ad dignitates & tribunal duceret, altera ad mortem, potius eligere sese malle dixerunt illam quę ad ipsam duceret mortem, quam

quam quæ ad dignitates & honores. Hi enim summi Reipub. Rectores experientia edocti nouerunt quanta curarum, laborum, & molestiarum mole ac negotiorum concursu obruantur hi, qui ad honores & rerump. gubernacula vocantur, quanto in periculo versentur, quãta prudentia & circumspectione negotia omnia expedire & quanta cura atque sollicitudine in omnes gerendæ rei partes intentos esse eos oporteat vt discrimina omnia vitare, & se dignos magistratu præstare possint. Et quod præmium referunt tantorum in Rempubl. laborum? nihil inde lucrantur aliud quàm quod amissa omni libertate omnium serui facti sunt, & dum se omnibus impendunt & de singulis bene mereri cupiunt, omnium telis & improborum obtrectantium calumnijs atque dicterijs exponuntur. Hinc Simeles deposita præfectura Palatina sub Adriano Cæsare cum per septennium in agro priuatus vixisset, morti vicinus tumulo suo inscripsit. Hic Simeles iacet, cuius ætas multorum fuit annorum, ex

quibus

ex quibus tantum ſeptem vixit. Cic. 1. de off. Miſerrima eſt omnino ambitio honorumq́; contentio. de qua Plato: Similiter facere eos qui inter ſe contenderent vter potius Rempub. adminiſtraret vt ſi nautæ certarent quis eorum potiſſimum gubernaret. vide de aula q. 6.

12. Probat ne Deus iuſtam honoris præeminentiam?

1. Reg. 9. Senili dat Samuel locum in capite conuiuarum. Horat. in arte. Singula quæq; locum teneant ſortita decenter.

13. Cur imperator tribus coronis ornatur.

Vt ſignificetur in tribus orbis partibus, Aſia, Africa, & Europa ditionem & poteſtatem imperatorem exercere. etiam Chriſtum tribus coronis ornatum S. litterę deſignant, argentea (Zach. 5.) ferrea c. vt in 3. lib. Reg. ca. 22. Zedechias ferream ſibi fabricauit coronam (ſeu cornua ferrea) & aurea, Apoc. 14.

14. Quid ſignificabat Symbolum Imp. Friderici III. A, e, i, o, u?

Aquilam electam iuſte, omnia vincere, hoc

hoc eſt, magiſtratu legitimo (legitime electo) nihil eſſe ſanctius, nihil magnificentius, nihil deniq; ad felicitatem conſequendam præſtantius, vel aquilam extendendam in orbem vniuerſum.

15. Quodnam imperium eſt imperioſiſſimum?

Blandum. Vt ignis non igne ſed aqua exſtinguitur, ita manſuetudine nihil eſt violentius. Plus ſæpe monendo quàm minando proficitur. In blando vis, teſte Auſonio, latet imperio, nam fortiter cogit.

CAPVT IIII.

DE ANIMALIBVS.

1. Quænam animalia & quidem mortua toti orbi imperant?

VItulus, *Anſer*, *Apis*. *Vitulus* enim præbet membranã, *anſer* calamos quibus iſta conſcribitur, *apis* ceram ad obſignandum litteras. his autem tribus diuina & humana reguntur ac geruntur omnia.

2. Quare

2. Quare moris erat apud Romanos vt quotannis certo die solenni in pompa gestaretur canis in crucem actus, & anser splendidè admodum in lectica & veste stragula preciosa sedens?

Quoniam anseribus, teste Cic. pro Roscio Amer. Cibaria publicè (seu publica impensa) locabantur, & canes alebantur in Capitolio, vt significarent si fures venirent: Anseres autem, canibus somno indulgentibus seu dormientibus, Gallorum in Capitolium ascensum senserunt, seu Gallis irruptionem in arcem Capitolij tentantibus, Romanos Clangore & strepitu excitarunt. Liu. lib. 5. ab v. & Plin. lib. 10. & Plut. in Camillo. Iecur anseris apud Rom. in mensis fuisse celebre scribit Athenæus lib. 9. & Martial. putat potissimum gratia iecoris saginari solitos, hoc enim saginâ maximè omnium crescit Hinc ait: *Aspice quam tumeat magno iecur ansere maius.*

3. In quo differunt Canis & Lupus?

Et canis in syluis venatur, & omnia seruat.
Et Lupus in syluis nutritur & omnia perdit.

4. Qui

4. Qui canes, qui galli, qui serui omnium lautissime pascuntur?

Canes lanij, galli molitoris, & serui hospitis seu Cauponis.

5. Quod animal in cælo, terra, & mari inuenitur?

Latrat in æde Canis, nat in æquore, fulget in astris.

6. Qui ouum auis per annulum trahi potest?

In aceto acerrimo triduo aut paulo plus maceratum testam adeo teneram ac mollem exhibet.

7. Vnde viuunt Lupi cum ipsis deest quod comedant?

Tum multi conueniunt & in circulo alius post alium currit, quando autem primus viribus deficientibus in terram cadit fit aliorum omnium cibus. & ideo pauciores sunt lupi etsi lupa plures pariat catulos.

8. *Cur vultures optimè odorantur.*

Quia habent ſiccum cerebrum, vt non impediatur aër (deferens odorem) ab humiditate cerebri, ſed ſubito tangat ſuum organum. Hinc prælio facto in Græcia venerunt à quingentis milliaribus ad cadauera mortuorum. D. Thomas ſcribit per quingenta millia paſſuum à vulturib. addit S. Hieron. & ab aquilis præſentiri cadaueris putorem ſed & eo amplius.

9. *Quæ animalia minima in terra ſapientibus ſunt ſapientiora?*

Prou. 30. v. 25. Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus. *Formicæ*, populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi: *lepuſculus*, plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum: Regem *locuſta* non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas; *Stellio* manibus nititur & moratur in ædibus Regis. Magna ſæpe paruis gratia rebus ineſt.

10. *Quodnam animal ſimul parit, & aliud alit, & rurſus ſuperfœtat?*

Lepus. Aliud enim educat, aliud in vte-

ro

ro pilis vestitum, aliud nullis pilis vestitum, aliud inchoatum, aliud nō perfectum gestat. Etiam æs alienum priusquam conceperit parit. Nam dantes ad vsuram, statim petunt, &c.

11. Qando leporem dentes vehementißime dolore afficiunt?

Cum impetitur morsibus canum.

12. Quo astu cancer vescitur conchis?

Cum propter duritiem testæ non possit vi ad eas deuorandas irrumpere, arte & industria se voti compotem facit. Tempus eum obseruans quo propter cæli serenitatem illectę conchę testas diducunt, velut auram capturæ calculum in hiatum concharum inserit, ne bestia intus latens testarum compressu sese tueatur. atque ita hostem in potestatem redactū secum deuorat. Ambr. & Basil. in Hexęmeris suis.

14. Quo ænigmate significatur Mulus ex asino & equa natus (vt hinnulus ex equo & asina)?

Dißimilis patri, matris diuersa figura,
Confusi generis generi non apta propago,

Ex alijs nascor, nec quisquam nascitur ex me.

15. Quo indicatur vipera?

Non possum nasci si non occidero matrem,
Occidi matrem, sed me manet exitus idem.
Id mea mors patitur quod iam mea fecit origo.

Fœmina marem necat in coëundo, & caput illi dẽtibus abscindit, fœtus matrem in vindictam patris exeundo lacerant & trucidant aluum eius erodentes. Nota hic illud Lactant. lib. de ira c. 13. Viperam ferunt exustam in cineremq́; dilapsam mederi eiusdem bestiæ morsui.

16. Quo mus?

Exigua me condo domo semperq́; patente
Non metuo fures, alijs sed furta timori
Sunt mea, tota mihi furto nam degitur ætas
Nomen scire cupis, numeri tres dant mihi nomen.

17. Quo tinea quæ pascitur libris?

Littera me pauit, nec quid sit littera noui,
In libris vixi, nec sum studiosior inde,
Exedi Musas, nec adhuc tamen ipsa profeci.

18. Quænam animalia linguâ mordent?

Sycophanta seu calumniator, & detractor.

ctor. Hinc S. Augustinus cum Episcopus esset hos versus in mensa vel pariete descriptos habebat:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

vide in Speculo meo seu 200. signis bonorum clericorum, signum 53.

19. Cur animalia esculenta magis fœtuosa (seu fæcundiora) sunt quam saua & maligna?

Hoc pacto prouidentia Dei vitæ prospicit humanæ. Quid enim futurum putas, si essent tot lupi quot oues? Lepus valde ferax est, Leæna vero semel in vita vnum fœtum parit. Nota illud Martial.

Inter aues Turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.
Palmam in cibis inter quadrupedes dat lepori.

Horat. lib. 1. ep. 16.

Obeso turdo nihil melius esse censet.

20. In

20. In quo ponte Regis Hispaniæ continuè decem millia pecorum pascuntur?

In fluuio Guadiano, qui se ad septem milliaria subter terram immergens denuo erumpit.

21. Cur cygni efflantes animam & sonorius & dulcius canunt?

Quia natura, studiosa conseruandi sui, vitales omnes spiritus per corpus dispersos cōtrahit ad cor tanquam ad arcem vitalis præsidij ac roboris, vbi frustra diu multumq; luctata natura necessitati parêre tandem cogitur. Quare spiritus illi, deserta cordis statione, emergētes impetu quodam intrinsecus per annulares illos longissimi colli ambitus ad os ipsum, sonum quendam pleniorem efficiunt musici cantus similimum. Franciscus Philelphus. Alij asserunt cygnum non canere ore sed motu alarum per ventorū flatus extensarum, v.q.50.

22. Cur aquila rostrum habet intortum?

Vt natura reliquis animantibus vtcunq; con-

confuleret & voracitati inexplebili huius auis modum aliquem imponeret. Quemadmodum & hac ratione profpexit quod non finit aquilam oua parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Mufæus: *Excludit binos, edit terna, educat vnum.* atque per hos ipfos dies quibus incubat (incubat autem fere tricenos) naturæ prouidentia cibum illi negauit, inuerfis interim & vnguibus, ne omnium ferarum fœtus raperentur, itaq; per id tempus pennæ albefcũt inediâ.

23. Qua arte aquila vefcitur teftudine?

Speculata locum idoneum ex alto in faxum aliquod raptam teftudinem demittit vt ad eum modum rupta tefta carne vefci poffit. in AEfchyli albicantem caluariam (faxum effe rata) demiffa teftudine miferum occidit.

24. Quo aftu vincit ceruum?

Prius in puluere fe volutat, deinde cornibus infidens ceruinis puluerem pennis collectũ in oculos fpargit, alis ora verberans, donec exoculatum in rupes det præcipitem.

25. *Quomodo anas laudatur vel potius vituperatur à Martiale?*

Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum
Et ceruice ſapit, cætera redde coquo.

26. *Cur Simia ſpeculum horret & vbicunque poteſt frangit?*

Ne in eodem corporis ſui turpitudinem videat. vt & Camelus aquam limpidam ſemper turbat, ne gibbum, quem geſtare tergo nouit videre cogatur: & mali ne vitia ſua videant aduerſus proborum vitam ſemper bellum mouent, vt aula Herodis aduerſus Ioannem Baptiſtam.

27. *Quem ordinem ſeruant Grues in volatu.*

In eo λάμβδα Græcum exprimunt. vnde Martialis:

Turbabis verſum, nec littera tota volabit,
Vnam perdideris ſi palamedis auem.

Solinus c. 16. ait: Grues ſub quodam militiæ eunt ſigno, & ne pergentibus ad deſtinata vis flatuum renitatur, arenas deuorãt, ſublatiſq; lapillis ad moderatam grauitatem

tem ſuburrantur. Volatus deſidiam caſtigat voce quæ cogit agmen. Ea vbi obraucata eſt, ſuccedit alia, ſicut & excubias nocte diuidunt vt exſomnis ſit decima quæque. Vigiles ponduſcula (lapillum) digitis (pede) amplectuntur quæ ſi forte exciderint ſomnum & indiligentiam ſono coarguant.

28. Quis eſt piſcis omnium longiſſimus?

Salpa, caput enim habet in mari, & caudam in Germania.

29. Quam vim mirificam habet cornu monocerotis?

Cornu vnicornis immiſſo & per lymphas circumducto fôtes expiari perhibent vt ſalubriter bibantur ſi inde viroſæ beſtię præpotarint. idem cornu regijs impoſitum menſis toxica ſi qua ſint epulis indita emiſſo ſtatim admirabili ſudore conuiuis prodere narrant. Nemo tamen vt puto antiquorum authorum præter vnum AElianum græcum quicquam de hac monocerotis admiranda poteſtate prodidit.

30. Quomodo Torpedo pisciculus piscatoris insidias euadit?

Hamo iam implicitus occulta quadam vi piscatoris manum ita obstupefacit vt calamum cui hamatus funiculus adhæret retinere non possit. Cic. 2. de nat. deor.

31. Quomodo perdices pullos suos tuentur?

Cum pullis suis ab aucupe metuunt, simulant pedum & alarum debilitatem, vt auceps spem concipiat ipsius matris prehendendæ. atq; ita fit vt pulli dimissi spatium fugiendi nanciscantur, & mater cum eos in tutum se recepisse animaduertit, vana spe illuso aucupe volatui se mandat. Solinus c. 13.

32. Quomodo Sepia piscis vitam suam conseruat?

Cum à piscatoribus se peti videt, atramentum quod ipsi pro sanguine est, post se effundit, vt in aquis atro colore tinctus conspici non possit. Cic. 2. de nat. deor.

33. Quomodo Castor ab interitu se defendit?

Cum venatores sibi imminere videt, non igna-

ignarus qua de caussa ab ipsis petatur, testiculos nimirum suos apud ipsos magno esse in pretio, eos sibi morsu amputat, simulatq; enim venatores testibus istis sunt potiti, deinceps illi animanti infesti esse desinunt. Plin. lib. 32. c. 3. lib. 8. c. 30.

34. Quomodo echinus?

Marinus tempestates imminere sentiens ad scopulum se applicat, ne ex maris iactatione vllo incommodo afficiatur. Basil. conc. 8. in opus 6. dierum. Terrestris vero antrum cui bina spiracula sunt vnum boreale, alterum meridionale inhabitare solet, cumque boreas flaturus est spiraculum quod borealem plagam spectat, cum vero auster quod australem occludit. ib. conc. 9. Dicitur παρὰ τὸ ἔχειν per antiphrasin quod haberi non possit ob spinas, & quasi intractabilis sit, vel παρὰ τοῦ ἔχειν ἑαυτὸν ἀφανῶν τῶν σαρκῶν φύσιν, quod ita sese cohibeat vt nulla carnium appareant vestigia atq; signa. Recte nihilominus ait Martial. Cortice deposito mollis echinus erit.

35. Cur caput animalium est pilosum?

1 Quia pili sunt ornamenta capitis. 2. quia cerebrum per generationes pilorum euacuatur à crassis vaporibus qui exeunt per poros carnis exterioris, exiccantur, & in pilos cõuertuntur, qui ſicciores ſunt oſſibus, at nullũ animal poteſt digerere plumas vel pilos, quia omnino ſicci ſunt & inepti ad nutriendum, hinc indigeſti eijciuntur.

36. Cur galli ſtato noctis tempore expergeſiunt & canunt?

Vt ſingulis animantium ſpeciebus conuenit peculiaris inſtinctus & inclinatio orta à certis qualitatibus & temperie vnicuique ſpeciei ꝓpria: ita gallinaceo ex vi natiui ſui temperamenti (quod pręcalidum eſt ac facile cibos digerit) competit vt ei ordinariè circiter mediam noctem ſoluantur ſenſus, eodemq; tempore eidem à proprio phantaſiæ inſtinctu cantus & alarum plauſus imperatur. Atq; hæc eſt cũ expergefactionis, tũ cantus cauſſa. Democritus apud Cic. 2. de diu. ait: Depulſo de pectore & in omne corpus diuiſo & modificato cibo,

bo, galli quiete ſatiati cantus edunt. vnde Mart. li. 14. criſtatæq́; ſonant vndiq; lucis aues. & Ouid. 2. Faſt. iam dederat cantum lucis prænuncius ales.

37. *Cur capo eſt pinguis, gallus vero macer?*

Quia gallus inuento grano conuocat gallinas, & ſibi aufert quod illis impertiatur, capo non item, nã ſui duntaxat curã gerit.

38. *Quando auicula homini attulit ſalutem?*

Cum Baſilius Macedo Imp. filium Leonem in carcerem cõieciſſet quod mortem ſibi machinaretur, eruturus ei oculos, pſittacus qui ſeruum quendam deplorantem vicẽ Leonis audijſſet & perpetuo clamantem, ô Leo, ô Leo, ipſe quoq; ſpõte vocem imitatus clamauit, ô Leo, ô Leo, dum imperator Senatoribus in conuiuio adeſſet. Conuiuæ igitur ex ea volucris voce occaſione arrepta, pro Leone deprecaturi è cõuiuio ſurrexerũt, & oppleti lachrymis dixerunt, *An non iſta auis nos accuſat cũ dominum ſuũ appellet? Depone imperator iram, & eũ paterno vultu recipito.* ita mitigata ira imperatoris reſtitutus eſt. Zonaras.

39. Quando columbæ defunctæ sunt munere tabelliorum?

Quando in obsidione Mutinensi epistolis earum pedibus alligatis euolantes ad castra Rom. consulum peruenerunt. Plin. lib. 10. cap. 37. Marres Rex AEgyptiorum cornicem valde cicurem habuit Regias litteras citius quam quiuis nũtius volatu suo perferentẽ, nutibusq; intelligentem quorsum ferendæ essent. AElian. hist. anim. lib. 6. c. 7.

40. Quando Hirundines hostibus excidium attulerunt?

Hadingus Regis Gram filius vlturus patris necem in Damia, collecta magna hirundinum copia pedibus illigauit fungos igni accensos, illæ euolarunt in consuetas Dunensium ædes atq; ita omnem Dunam vrbem incenderunt. Krant. Vand. li. 1. c. 7.

41. Qua prudentia vulpes excutit pulices?

Fœnum aut leuissimam stipulam ore tenet, aquam ingreditur ac paulatim genua, mox ventrem, humeros, ac collũ submergit,

mergit, pulices interim omnes iam ad caput conuenere, tum illa ſenſim quoq; caput mergit, donec pulices ſeſe in ſtipulam aut fœnum recipiant, quod vbi factum animaduertit, totam ſe aquis immergit, Alb. Mag. de animal. Olaus lib. 18. c. 31.

42. Quænam auium omnium maxima & perfectiſsima eſt?

Struthiocamelus Africus, qui hominis equo inſidentis magnitudinem excedit. Plin. lib 10. ca. 1. cum ei deliteſcendum eſt reliquum corpus in aperto relinquit, atq; ita capitur. ferrum vorat & digerit.

43. Vnde nomen habent alaudæ?

Nobile vocales a laude videntur alaudæ
Nomen habere, Deum quæ ſuper aſtra vehunt.
Lerch quaſi lobreich.

44. Quænam auis eſt, omnium manſuetiſsima?

Columba hoc eſt in auibus quod ouis in quadrupedib⁹, nulli meditatur noxam.
Felle columba caret, roſtro non lædit, & vngues
Poſsidet innocuos, puraq; grana legit.

45. Quænam auis est visu pulcherrima, sed voce nos terret horrida.

Pauo, angelus in penna, pede latro, voce gehenna. hinc germani dicunt: Er hat ein englisch Gewandt / einen gleißnerischen gang / einen teufflischen gesang.

46. Quænam auicula seipsam in veru torret?

Trochylus seu Regulus veru ligneo perquam tenui infixus semetipsum torret & circumuertit, sed lignum illud ex corylo recenter extractum esse oportet. v. Alb. Mag. lib. 23. de anim.

47. Cur galli dicuntur prophetæ bis nati?

Quia ex gallina ouum, ex ouo gallus prodit, ac proinde bis nascitur, & futuram tempestatem prænunciat.

48. Ouumne an auis prius fuit.

Ouum sine aue & auis sine ouo gigni non potest. Sed Deus omnia in essentiali sua perfectione primum produxit, seu perfecta opera fecit ergo primum gallinam.

49. *Cur natura auibus neq; vrinæ conceptaculum, vesicam, vt mingerent, neq; renes elargita est?*

Quia multa indigebant humiditate vt oriri pennæ possent, eamque ipsa volandi exercitatione cõsumunt. cum vero bibunt stercus immodicè humidum deijciunt.

50. *Quanam auis sibiipsi canit exsequialia?*

Dulcia defectâ modulatur carmina voce,
Cantator cygnus funeris ipse sui. Martial. Epigr. lib. 13. v. q. 21.

51. *Quisnam beneficio auium habitus est pro Deo?*

Psaphon captis auiculis quæ ad humanum sermonem assuefieri possent, subinde illas instruere cœpit vt articulate prorsus enuntiarent: μέγας θεός Ψάφων, quæ vbi dictatam fabulam expedite satis perdidicisse sunt visę emisit eas psaphon illis passim ita cantillantibus. vnde incolæ cõmoti, cũ subinde hanc cantilenã repeti audissent, Psaphonem esse magnũ Deum, vt Deum sunt venerati (Rhodig. lib. 2. c. 5.)

52. *Quando asini prælati sunt hominibus.*

Cum asinus tanti venderetur quanti quadringenti homines venditi fuerunt. asinus aliquando fuit emptus quadringentis nummis (Var. Plin. lib. 8. c. 43.) cum tamen in excidio Hierosolymitano & sub Mauritio imp. homines singuli ad singulos nummos subhastati perhibeantur. sub Radagasio Gotti singulis aureis publicati sunt. Oros. li. 7. c. 37. asinus ab á, id est, sine & sinos, id est, sensus quasi sine sensu.

53. *Quomodo Thales milesius astum muli ingeniose vltus est?*

Cum mulus sale onustus fluuium aliquando transmitteret vsu forte euenit vt & caderet, & sarcina euerteretur, sal autem aqua perfusus liquefieret, is ab eo quod iam ab onere solutus & liber factus esset magnam voluptatem cepit, & in reliquum tempus prudens, sciens, & sponte in aquis cadens se exonerabat. Hoc Thales vbi intellexisset pro sale eum lana & spongijs onerari præcepit. Mulus instructarum sibi insidiarum ignarus ex veteri consuetudine

ne in casum voluntarium ruit, cum autem aqua completum onus esse grauius sensisset, atq; astutiam in detrimentum sibi versam percepisset, ex eo tempore sine fraude & molestia flumina transiens ab omni lapsu tibias sustinebat, & salem ab eo incómodo integrum conseruabat. AElian. lib. 7. c. 37.

54. Quando chorea equorum caussa fuerunt bellorum?

Sybaritæ, italiæ populi, qui delitijs supra modum studebant cæterarum rerum omnium cura omissa equos docuerunt saltare ad tibiam conuiuij tempore, quod intelligentes Crotoniatæ bellum Sybaritis intulerunt, tubam quidem canentem classicum non sumpserunt, sed tibias ac tibicines, qui commisso iam prælio cecinerunt cantilenam saltatoriam, quam audientes Sybaritarum equi memores domesticæ disciplinæ excusserunt equites, & exultantes, & saltantes ordinem perturbarunt, & victoriam hostibus dederunt. Diod. lib. 12. AElian. lib. 16. c. 23. Plin. lib. 8. c. 42.

55. Quomodo canum impetus mitigatur?

Si homo consideat humi. Ouied. hist. ind. li. 16. c. 11. probat hoc exemplo.

56. Cur serpentes & vermes nascuntur ex cadauere humano?

Vt indicetur origo & fœditas peccati, author omnium calamitatum & irreconciliabile odium dæmonis seu antiqui serpentis, qui nõ solum viuentibus nobis insidiatur verum etiam mortuos laniare & depascere non cessat.

57. Cur I.C. volunt vim propriè non inferri brutis.

Quia nullũ ius neq; dominium habent.

CAPVT V.

DE ARBORIBVS.

1. Quænam ea est planta quæ cum inciditur germinat, quæq; cum ferro certare dicitur, quæ morte viuit, incisione nascitur, & consumtione augetur?

Vir pius cui molestia virtutis est materia, reb⁹ in aduersis ornatior redditur, neq; à fini-

à ſiniſtris flectitur aut deijcitur. Naz. in orat. reuerſus ex agro.

2. Quæ arbor eſt ſapientiſſima?

Morus, per antiphraſin ſic dicta quaſi minime ſtulta quia non niſi exacto frigore germinat, & tamen inter primas parit.

3. Quænam ſtultiſſima?

Amygdalus, quod primum frondeat & germinet ac proinde frigore correpta corruptaq; fructus perdat.

4. Quare palma dici poteſt ἀείφυλλος?

Quia nihil abijcit filiorum, ſed perpetuo virentem habet comam. C. Rhod. lib. 3. cap. 6.

5. Quibus arboribus nunquam defluunt folia?

Pictis.

CAPVT VI.

DE ARTIBVS ET STVDIIS.

1. Quiſnam omnium optimus eſt Arithmeticus?

POndere, mẽſura, numero Deus omnia fecit. idem numerat multitudinẽ ſtellarũ, lacrymas, capillos capitis. Sap. 11. Pſ. 146. Matt. 10.

2. *Quo-*

2. Quomodo Iobo omnia duplicia restituta sunt cum non nisi 7. filios & tres filias recuperarit per generationem, quot & antea habebat?

Habuit prius 7. millia ouium, reddita sunt ipsi 14. millia, habuit ter mille camelos, sex mille possedit postea, atque ita de reliquis facultatibus. Et licet non genuerit nisi 7. filios & 3. filias, tamen dicitur liberorum numerus conduplicatus, quia decem illi priores adhuc manebant apud Deum salui quare habuit 20. Latet hic mysterium resurrectionis. Iob. vlt. Greg. Mag. in Iobum. drey Zeen (digiti pedum) vnd siben Zeen / machen zehen.

3. Qui homines diuites sunt in numeris, inopes verò plerunque in crumena?

Arithmetici.

4. Qui artifices sub se plurimos habent fures?

Tonsores, quidquid enim vbiq; furum est ac nebulonum ab his ac sub his tondetur.

5. Vtrum

5. Vtrum incus an malleus prior fuit?

Neutrum commode absq; altero esse potuit, malleus tamen prius fuisse videtur.

6. Quomodo Medici, Iureconsulti & Theologi circa purgationes sunt occupati?

Medici ventres seu corpora hominum purgant, noxios inde pestiferosq; humores educendo. *Iureconsulti* dant operam vt eorundem loculos atq; crumenas purgent & euacuent, suas autem quam turgidissimas efficiant. *Theologi* contra eam in curam incumbunt quemadmodum animas hominum perpurgent, hoc est, pijs & iustis correptionibus emendent in viamq; reuocent.

7. Quo tempore honores Scholastici qui vulgo promotiones appellantur seu gradus, cœperunt?

Constat ante Gratiani decretum & Petri Lombardi sententias non fuisse vsurpatos, approbati sunt authoritate Concilij Viennensis quo & leges sumptuariæ latę

ne quis promouendus sumptuum magnitudine grauaretur, an. 1311.

8. Officit ne doctoralis dignitas generis nobilitati?

Dignitas dignitati coniuncta priorem non abolet, sed auget & illustriorem efficit Ioannes certe cognomēto Theologus Henetorum & Mediolanēsium princeps non ob hoc princeps esse desijt quod in Parisiensi academia literas & Theologiā didicit gradumq́; Doctoris cōsecutus est. idem de Hermanno olim Hassiæ Londgrauio magisterij insignibus decorato historiarum monumentis est expressum.

9. Quæ sunt Doctorum priuilegia?

Vtuntur Doctores priuilegijs nobilium. Guid. Pap. decis. 88. Hinc Bartolus respondit Doctorem æque vt militem impune gestare arma etiam statuto prohibita nec ab officialibus propterea molestari debere. in l. medicos C. de profess. & med. Doctores etiam pro debito ciuili non debent incarcerari, l. miles ff. de re iud. l. medicos, C. de profess. li. 10. imo dicitur in tract. de car-

carcere, versu 3. quæro, quod si iudex pro debito ciuili facit doctorem incarcerari punitur pœna capitis. Adde quod Cæsares etiam Comitiua dignitate donarũt legum Professores qui sine reprehensione & probati per 20. annos cõtinuos docuerunt. L. vnic. C. de profes. qui in vrbe Cõst. comit. meruer. VVesenb. cons. 40. n. 50.

10. Doce verissimum esse illud Plinij in epistolis: Scholastico homine nihil esse simplicius?

Lepide hoc docet Hierocles Philosophus in libello facetiarũ: Scholasticus (inquit) natare volens pene suffocatus est, iurauit igitur nunquã se attacturũ aquã priusquam natare didicisset. alius medico obuiam factus ignosce, inquit, & noli irasci quod nõ ægrotauerim. alius domum venditurus, lapidẽ ab ea auulsum in specimen circumtulit. alius audiens coruũ vltra ducentos annos viuere, vt periculum faceret coruum emit. alius flumen nolens troijcere cõscendit nauẽ eques, petente quodam caussam, dixit se festinare. alius egens pecunia libros vẽdidit, & scripsit patri, lętare nobiscum, iam enim libri nos alunt, &c.

Ca-

CAPVT VII.

DE AVARITIA.

1. Cur quidã etiam ex Metaphysico hominum genere teterrimo vitio auaritiæ laborant?

CVm in Academia Coloniensi me præsente hæc quæstio aliquando proponeretur Iocosé inter cætera fuit responsum: Quia studiose legunt & profitentur Petri Lombardi libros 4. Sententiarum, quorum principium est: Cupientes aliquid. v. q. 8.

2. Quis fuit hic Petrus Lombardus?

Fuerunt tres fratres Gratianus monachus Classensis, Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis, & Petrus presbyter Ecclesiæ Trecensis cognomento comestor seu manducator quod scripturam S. in suis libris crebrius citãdo quasi in ventre memoriæ manducarit. Et quoniam Petrus Lomb. rudi illo seculo circa annum 1220. sacros libros grauibus cõmmẽtarijs illustrauit Magister sententiarum, & quia in oppi-

oppido quod vulgo Lumen omnium dicitur natus est, Lumen omnium, est appellatus. De hoc Franciscus Stancarus lib de Trinit. & mediatore: *Plus valet vnus Petrus Lombardus quam centum Lutheri, ducenti Melanchthones, 300. Bullingeri, 400. Petri Martyres, & 500. Caluini, qui omnes si in mortario contunderentur non exprimeretur vna vncia vera Theologiæ, præsertim in articulis de Trinitate, incarnatione, mediatore, & Sacramentis.*

3. Quomodo petendum quid ab auaris?

Iniquum petendum vt æquum obtineas. Hinc Martial, lib. 4. Epigr. in auarum amicum.

Millia misisti mihi sex, bis sena petenti,
Vt bis sena feram, bis duodena petam.

4. Cur auari dant senibus & viduis?

Spe talionis seu maioris beneficij, hoc est, vt sint beneficij fœneratores, dant munera hamata seu fœneratoria. Hinc Martialis lib. 4. Epigr. in Gargilianum.

Munera quod senibus viduisq́ ingentia mittis
Vis te munificum Gargiliane vocem;

Sor-

Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic auidis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri, quid sit donare docebo,
Si nescis, dona, Gargiliane, mihi.

Idem lib. II. ad Sosib.

Nemo habitat gratis nisi diues & orbus apud te;
Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

5. Cur auari sunt pauperes?

Quia in diuitijs, quas solas sapiunt, capiunt, rapiunt (vnde ille cum ad cælestes diuitias quærendas moneretur respondebat, **was Himmel? hetten wir hie Meel**) in terrenarum, inquam, rerum abundantia esuriunt, sitiunt, algent, & nihil minus sunt quam diuites auro onusti, mente exhausti.

6. Quomodo vile eligunt, preciosum negligunt?

Accipere eligunt, dare negligunt. At beatius est dare quam accipere, teste S. Paulo Act. 20. v. 35. Date & Dabitur sunt duo fratres, Luc. 6. Sed adhæc **geitzhalß: alles will ich haben viel.**

7. Cur

5. Cur Diogenes auaros hydropicis comparabat?

Quia illi argento pleni, hi aqua referti amplius desiderant, idq; vtriq; in sui perniciem. Horat. li. 2. car. Od. 2. & 18. lib. 3. Od. 16. 24. insatiabilis sitis diuitiarum, qua auari fluenta Rerump. exsiccant, nũquam extinguitur. Etsi auari magnam vim auri & argenti coacervant, non tamen vllis opibus eorum infinita pecuniæ cupiditas expleri & satiari potest Esa. 1. v. 8. cum illorum affluentia crescit simul inopia & indigentia. insanus medio flumine quærit aquas. Hinc Iustinus lib. 6. Lacedæmonij more ingenij humani quo plura habent, eo ampliora cupientes non contenti accessione Atheniẽsium opum vires sibi duplicatas totius Asiæ imperium affectare cœperint.

Prud. *Auri nãq; fames parto fit maior ab auro.*

Fulgent. & Perionius.

Nec bibit inter aquas nec poma patentia carpit
Tantalus infelix quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet & sicco concoquit ore famem.

6. Cur

8. *Cur quidam etiam clerici mulieres & senes sunt auari?*

Virtutis habitus ex frequentibus actionibus proficiſcitur & quales ſunt actus hominis talis euadit. Hinc clerici nonnulli, quia vxore & liberis carent, nō coguntur erogare diuitias, cógregare vero aſſueſcūt, fiunt auari. vtinā ignoraremus auaritiam commiſſariorum Leonis decimi promulgantium indulgentias &c. nec veri eſſent illi verſ. *Clericus annoſus, licet imber ſit furioſus, non poſcit prunam, dum drachmam ſuſcipit vnam*, id eſt, nō friget, dum ruſtici in altari offerunt, geiſt. geiß. Mulierum vero natura quia imperfecta eſt, retinent, vt ſuæ indigentiæ ſatisfaciant, vt & ſenes quia ætatis & naturę auxilijs deſtituuntur. Peruersè autem tum maxime ſtudetur rei, cum minimè ad vſum lōgi temporis ſpes relinquitur. v. q. 1.

9. *Quid eſt arcula auari?*

Sepulchrum in quo ſepelitur vita pauperum.

10. *Quo-*

10. *Quomodo graphice S. Chrysost. hom. 29. ante oculos ponit auaritiam?*

Describit eam effigie hominis terri horrendiq;, cui caput sit partim canis, partim lupi, oculi ampli, flammas de se quaqua versum ejaculantes, os antri instar late diductum, in ore pro dentibus ancipites & amplissimi gladij, de lingua exerta fons scaturiens veneno lethali infectus, p brachijs vtrimque extenduntur dracones qui ore hiante & aduncis vnguibus obuia quæq; rapiunt ac dilaniant, manu vero vraq; accensas gestat faces. venter autem & ectus inextinguibilibus flāmis perpetuo stuant, denique pedes sunt alati, quibus uā celerrime quouis feratur & penetret.

11. *Quare cor hominis nunquam potest expleri vel satiari?*

Mundus circularis est, cor vero quadra-, at circulus quadraturam implere non test. vel, anima est substantia spiritualis rerum prope infinitarum capax, bona em mundi corporalia sunt fluxa & fini- Solus ergo Deus implere & satiare humanæ mentis desiderium potest.

12. Auaro quid mali optandum?

Vt diu viuat, nam se diutius torquebit. Demosthenes cum animaduertisset auarum quendam efferri, inquit, *iste cum vitam non vitalem vixerit alijs, vitam reliquit.* O egregiam phrenesin egenum viuere vt diues moriare.

13. Quid auarum fatigari non finit?

Lucrum. Horat. impiger extremos, &c.

14. Quid boni habet qui non est auarus?

Thales hoc interrogatus, respondit, eiusmodi & liber est à cruciatu auaritiæ & amicos sibi parat, auarum enim & cogitationes torquent & homines persequuntur quia non expendit.

CAPVT VIII.

DE AVLA.

1. Quas Huttenus eques putat esse delicias Aulæ?

Aula eadem est omnino fides, quæ mobilis auræ,
Blanditur, sed post mordet ceu scorpius Aula.
Consilijs raro melioribus vtitur Aula.

Disti-

Dissimulet, regnare diu qui poscit in Aula.
Exsulat integritas, pietas, & candor ab Aula,
Ferre moram, atq; iram frenare docemur in Aula,
Grande bonum ridere bonos censetur in Aula,
Horrent Vera loqui, cupiunt qui crescere in Aulas
Inuidiam qui ferre nequit discedat ab Aula,
Κύρις qui senuere canant ἐλέησον in Aula.
Languent virtutes, scelus omne & regnat in Aula,
Muneribus mentes hominum capiuntur in Aula,
Nugas aula leues & fumos vendit inanes.
Otia quisquis honesta cupit discedat ab Aula.
Porta erebi in terris Aula & tua Tātale pœna est.
Quæstus adulari & mentiri est primus in Aula.
Rara auis in toto vere pius Aulicus orbe est.
Sinceris & simplicibus va semper in Aula,
Turpe senex & inops quādo incolit Aulicus Aulam,
ita difficilis methodus benè dicitur Aula.
ant he retroibis erit quando constantia in Aula,
ydra aula est capitū multorū horrenda venenis
enones, fatui, sunt atq; Thrasones in Aula.
teres barbare dicebant:
aula Regis non est multum legis.
qui sunt boni coguntur esse ὄνοι.
qui sunt mali, sunt in gratia regali.
ius in caula, blanda quam viuitur aula.
mmer Hoffman nimb dichs nicht an.

2. Cur principes eorumq́ assecla quasi per transennam hunc mundum inspicere vitaq́ bona extremis tantum labijs degustare dicuntur?

Quia ob continuas & grauissimas occupationes cibum non manducant sed truncant nec vinum bibunt sed infundunt, atq; ita fit vt ad integri mensis aut etiam anni finem prius perueniant quam initium senserint.

3. Quomodo ad aulam accedendum & cum potentioribus versandum est?

Alex. Magnus olim respondebat id ita fieri oportere; quasi si quis ad ignem accedat, vt neq; propius accedat ne comburatur, neq; longius abscedat ne plane frigeat & rigeat.

4. Quo indicio probant aulici se omnium hominum esse stultissimos?

Quod in aula male accepti conditionem non mutant, cum tamen canis semel à canibus aulicis misere exceptus post nũquam eo reuertatur.

5. Cur

Cur principes extra aulam interdum aliam induunt personam vel personas plebeiorum ementiuntur?

Vt incogniti apud ſubditos expiſcentur quid de ſe priuatim ſentiant. Georgius Sabinus de quodam duce Norico inter cetera ait:

Quærenti vero cauſſam cur regibus ortus
Princeps, agricolam ſe ſimularet? ait:
Me iuuat è rudibus cognoſcere vera colonis,
Seruit adulatrix auribus aula meis.

6. Cur vita priuata præferenda aulicæ?

Ob commoda vitæ priuatæ, & incommoda aulicæ. Hinc Semelis præfectus militum Adriani Cæſaris moriens ſepulchro inſcribi iuſſit, cum vix vacationem obtinuiſſet, & in agro ſeptem annis quod fuit reliquum vitæ priuatus in otio & quiete exegiſſet. *Semelis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, ſeptem tamen duntaxat annis vixit.* v. de ambit q. 11. virg. 2. Georg. O fortunatos, &c. Claudianus de ſene qui villa ſua nunquam egreſſus eſt:

Felix qui proprijs æuum tranſegit in aruis,
Ipſa domus puerū quem videt, ipſa ſenem &c.

CAPVT IX.

DE BELLO.

1. *Quodnam est bellum sacrum seu σαρκοκοσμο πνευματομαχία?*

QVod assidue nobis gerẽdum est contra infensissimos & infestissimos nostros hostes, mundum, carnem & diabolum, è quibus duo primi si quando intermittunt nunquam tamen penitus dimittunt. Tertius vero tàm execrabili odio contra nos coniurauit vt nunquam vel ad momentum intermittat, imo cum nõ sentitur impugnare acrius impugnat neque feriatur donec feriat. vbiq; laqueos nobis intendit ad capiendum in peccatis.

2. *Quæ victoria est pulcherrima?*

Si quis seipsum vincat omnium victoriarum tum prima tum optima est. Plato 1. de leg. Vincit seipsum qui proficit in melius seu seipso melior euadit, seipso inferior euadit qui deterior redditur. Valentinus imp. moriens se vna gloriari victoria affirmabat. rogatus qua? respondit, inimicorum nequissimũ deuici, carnem meam.

3. In

In qua pugnæ genere præstat vinci quã vincere?

In rixis & contentionibus. Hinc De-
osthenes cum conuitijs à quodam inces-
retur, inquit, committor in certamen in
io qui superior euaserit inferior est, &
ii vicerit victus est. Certè conuitium cõ
tio tegerere est lutum luto purgare.

um duo contendunt sapientior ille putatur
Qui moderari iram scit ratione suam.

4. Quamobrem tantopere pugnatur in mundo?

Propter meum & tuum. quę prima sunt
rincipia discordiæ.

i duo de nostris tollas pronomina rebus
Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Hinc Plato ait 5. de leg. felicem ac bea-
am fore ciuitatem in qua non audirentur
ıæc verba, meum & non meum.

Erat quodã in loco, ait S. Chrysost. ho-
o. ad pop. thesaurus absconditus cumque
d loci Dominus nesciret alij locum ve-
ıũ dedit. Emtor cũ foderet vt in agrũ mu-
aretur excoleretur q;, reperit thesaurum.
:õuenit venditorẽ, offertq; ipsi thesaurum.

 lo-

locum enim ſe dicebat non theſaurum emiſſe. poſſeſſor reſpuit donum, dicens, vendidi locum, nec ius in eum habeo amplius. pium hocce erat certamen.

5. Quinam grauißimus eſt hominis inimicus?

Qui latet ſub pectore diri conſcia facti mens, vt ait Iuu. 1. Sat. 13.

6. Quibus bella ſunt dulcia ac grata?

Inexpertis. ad bellum inexhauſtæ opes requiruntur. **krieg / iſt ein bodenloß ding.**

7. Quibus armis in bello pugnandum?

Reſpondetur oraculo, Philippo regi Maced.

Ἀργυρέαις λογχαῖσι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

Omnia tu vinces, fuerint ſi argentea tela, ſeu ſi lanceis argenteis pugnaueris.

Ideo Philippus corruptione largitionum & conciliatione proditorum Græciam fertur compleuiſſe, & auro Philippi Græcia ſubuertebatur. idẽ dicere ſolebat: *Nullam prorſus arcem* videri inexpugnabilem

m in quam onuſtus aſellus auro intro-
mitti poſſit. Cic. lib. 1. ep. ad Att.

Hinc & Horat. lib. 3. car. Od. 16.

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Scito fulmineo.

Italius quidam dicebat; *hoſtibus fugientibus pontem argenteum exſtruendum eſſe*, ſiue quod putaret hoſtes pecunia ſollicitandos vt ab acie diſcederent, ſiue q̄ existimaret multo optabilius eſſe hoſtes in fugã vertere quã occidere.

8. *Quo pacto poteſt quis ſe de inimico ſuo vlciſci?*

Si ſeipſum honeſtum & bonum virum præſtiterit. & ſi ſeipſum nolit vlciſci aut μνησικακεῖν. S. Chryſoſt. *Si vis vlciſci ſile, & funeſtam dediſti plagam.* Syr. 30. v. 3.

9. *Poteſtne externo bello inteſtinum reſtingui?*

Poteſt. Nã Dacorum dux Scorio quanquam ſciret Romanos inteſtina diſcordia laborare, noluit tamen illos laceſſere, & lepido hoc commento ſuorum animos repreſſit. Canes duos ipſis inſpectantibus commiſit ijſq; mox acrius compugnanti-

bus lupum ingessit. Eum vero ipsi omissa protinus inter se ira vt communem hostem alacrius inuadentes cõfecerunt. Cæl. Rhod. lib 9. c. 50.

10. Estne probanda eorum sententia qui pecuniam belli neruos esse dicunt?

Bellum non tam pecunia quàm virtute conficitur, & virtute pecunia comparatur, non virtus pecunia. Nec enim Darij gaza Alexandri Magni virtutem oppressit, Alexandri porro virtus etiam Darij gaza potita est, ex quo sequitur nullum esse firmum præsidium vbi virtus abest in diuitiarum affluentia constitutum. Diuitiæ quas imbelles homines possident non eorum propriæ sed hostium potius existimãdæ sunt, victorum eum manubiæ sunt, non imbecillitatis oppressę subsidia. Tantum abest vt grandis pecunia sine virtutis auxilio opem ferat vllam, vt maius etiam ruinæ periculum moliatur. Omnes enim illud bellum libẽtissime suscipiunt ex quo minimo cũ periculo maxima sibi belli prę mia pollicentur. Osor. li. 2. de inst. Regis.

11. Quid

11. Quid faciendum ijs qui tempore belli a magistratu defendi non possunt?

Cum Landgrauius è bello contra Carolum V. Imp. digressus per Francfordiam iter haberet eius ciuitatis decuriones & ciues petebant vt quid fieri deberet ostenderet. at is eorum precibus nihil permotus acerbe etiam respondit: *Optimam sibi rationem videri vt vnaquaeque vulpecula caudam suam quàm diligentissimè tueatur*, & neglecta ciuitatis salute domum contendit. Hessi consilium Fridericus Saxo secutus est.

12. Cur ex agris praecipue videtur supplendum robur exercitus?

Nescio enim, ait Vegetius li.1.de re mil. cap.3. quomodo minus timet mortem qui minus deliciarum nouit in vita. Eo pertinet illud Catonis: Ex agricolis viri fortissimi & milites strenuissimi gignuntur, maximeq; pius questus stabilissimusq; consequitur minimeq; inuidiosus, minimeque male cogitãtes sunt qui in eo studio occupantur.

13. *Cur turpe admodum est arma abijcere?*

Aristot. 2. Rhet. ait: Turpia & flagitiosa sunt facta omnia quæ oriuntur ab ignauia & nequitia, quod genus arma abijcere aut fugere. Hinc Epaminondas victor moriens quærit an clypeus suus saluus sit. & apud Cæsarem miles quidam qui in bello Britannico clypeum amiserat, quamuis victor, tamen ab imperatore peccati veniam petit. Spartanæ mulieres filios suos in militiam dimittentes hoc eis mandare ac præcipere solebant ἢ σὺν τούτῳ ἢ ἐπὶ τούτου, aut cum hoc aut super hoc, quo significabant se monere vt aut scutum referrent, aut super clypeum mortui efferrentur.

14. *Cur veteres Minotauri signum vel effigiem in legionibus habuerunt cum secreto & tacite rem gerendam admonebantur?*

Vt quemadmodum ille in intimo & secretissimo labyrintho abditus perhibetur ita ducis cõsilium semper esset occultum. Tutissimum enim in expeditionibus creditur facienda nesciri. Veget. lib. 3. de re mil.

mil.c.6. Hinc Metellus Pius interrogatus quid postera die facturus esset, *Tunicam meam si id eloqui posset*, inquit, *comburerem.*

15. Cur hostes qui nobiscum viuunt magis metuendi sunt quàm externi?

Quia illorum vim & insidias facile murus interiectus auertit, hi vero citius opprimunt quàm intendi nobis insidias suspicari possumus, & illorum insidiæ vna duntaxat virtute, fortitudine, sæpe reprimuntur. At ciues malefici & fraudulenti non fortitudine solum sed sapiẽtia, & modestia, & æquitate virtutumque omnium comitatu, instructa totius dignitatis acie repellendi sunt. Præterea nulla vnquam potens & imperiosa ciuitas prius armis externis excisa fuit quam intestina peste atq; pernicie conuulsa fuisset. Osor. lib.8. de instit. Regis.

16. Quid sibi vult hoc prouerbium, qui vicit peryt, plorant qui succubuere?

In bellis plerumq; vtramq; partem magno suo malo discedere. Felt die Krug auff den stein so zerbricht sie / felt der stein auff

die Krug so zerbricht sie auch. Dicitur etiam in illum cui lis est cum inope. Victor interijt victus flet.

17. Cur milites libenter sectantur & exsiccant pocula?

Ein Landtsknecht vnd ein Beckersschwein/
Wollen allzeit voll vnd satt sein.
Dann eygentlich sie wissen nicht/
Wann man sie würgt vnd niderstticht.

18. Cur olim dicebantur euiscera-tores?

Ob rapinam.

CAPVT X.

DE CAELO.

1. Cur orbes cælestes à Deo perenni motione in gyrum voluuntur?

VT astrorum vim & efficientiam per totum orbem differant ac distribuant & omnia faciant crescere, vegetari, perfici, conseruari. Hic motus totus ad hominum & eorum quæ hominis vsibus seruiunt vtilitatem est comparatus. motus inquam

quam cœlorum est propter naturam rationalem, ad hominum commoda, ad viuentium ortum perpetuandum & copiam suppeditandam. Primum namq; ita motus eorum temperatur vt intra 24. horas omnes gentes per totum orbem diffusæ (exceptis paucis qui versus polos vltra 66. gradum habitant) semel diem habeant & noctem, ad quietis & laboris gratissimam alternationẽ. Deinde sol proprio motu sub ecliptica medium AEquinoctialem secans & nunc ad Septentrionem, nunc ad austrum 23. gradibus & medio declinans, quatuor anni tempestates, hyemem, ver, æstatem & autumnum varia temperie, omnibus quæ tellus profert accommodatissima, inducit. *Hyems* enim suo frigore efficit vt spiritu & calore qui seminibus & stirpibus inest introrsum recepto, omnia interitus roborentur, humorem & alimenta colligant, radices figant, & omnia turgeant ad erumpendum foras. *Ver* suo blando tepore omnia foras euocat, & in culmos, in caules, in gẽmas, in frõdes, in flores elicit. *AEstas* suo feruore humorem superuacaneũ absumit,

cruda

cruda concoquit, crassa extenuat, meatus aperit, spiritum diffundit, fructus ad maturitatem perducit. Deniq; *autumnus* suo humore & moderato frigore rursus omnia tẽperat, siccitatem ac feruorem quem æstas rebus impressit, corrigit, terrã simul ad noua semina, nouasq́; stirpes disponens, & corpora viuentiũ exhausta ad reparandas vires, represso spiritu & natiuo calore (ne euanescant) afficiens & immutãs. Imo totus iste mundus corporeus & cæteræ res quæ eius complexu continentur factę sunt propter hominem. Sic enim omnia disposita sunt vt commodis hominum seruiant, adeo vt ipse mundus nihil videatur esse aliud quam amplissimum domicilium, omnis generis supellectili, & annona, & seruitijs instructum, cuius incola, possessor & fructuarius sit homo, 1. Cor. 3. 2. Timot. 2. Omnia propter electos, vt ipsi salutem consequantur.

2. Quanto spatio temporis orbes planetarum ex occidente in orientem moti periodum suam conficiunt?

Orbis saturni annis fere 30. Iouis

12. Mar-

12. Martis circiter duob⁹, Solis vno, Veneris vno, Mercurij eodem fere ſpatio, Lunæ 27. diebus horis 8.

3. Quoties Sol còntinet magnitudinem globi terræ & maris?

Centies ſexagies ſexies, ſeu incomparabiliter eſt maior vniuerſo terræ & maris globo.

4. Quot milliaria conficit ſuo curſu ſpatio vnius horæ?

Tanta velocitate tamque rapido motu cum toto ſuo orbe rotatur vt horæ vnius ſpatio ſupra centum myriades, ſeu decies centena millia milliariorum (millionem vocant) conficiat. vnde vna hora ambitum terræ æquat quinquagies.

5. Quæ eſt magnitudo ſtellarum fixarum?

Inter illas multæ ſunt quæ 50. 70. 90. vel 100. partibus ſunt maiores vniuerſa terra & nulla eſt quæ nō ſuperet eam ſaltem 18. partibus, & tamen tanta cum toto orbe ſuo pernicitate cientur vt illæ quæ circa AEquinoctialem ſunt ſingulis horis ſupra 40. mil-

40. milliones (seu quater mille myriades) milliariorum percurrant, ac proinde ambitum terræ conficiant bis millies vna hora.

6. Quot horis globus tormento excussus semel ambitum terræ conficit?

Vix centum horis. Experientia enim constat vno horæ minuto vix tria milliaria conficere itaq; vna hora percurret milliaria 180. centum horis octodecim millia quę nondũ implent ambitum terrę, qui est nouendecim millium & 80. Quare longe plus Sol vna hora cõficit spatij, quam globus tormenti quinque millibus horarum absolueret. Celeritas autem stellarum fixarum circa AEquinoctialẽ quadragecuplo maior est quam sit celeritas solis.

7. Cur cælum superne in hoc mundo instar amplissimæ testudinis est extensum?

Vt pulchrum hoc & pretiosum lacunar huius mundani palatij omnia operiat & intra se coërceat. Hæc P. Lessius de prouid. numinis.

8. Quinam

8. Quinam ibi sunt vbi nondum sunt, & non sunt vbi sunt?

Sancti, etsi enim in terra sint, tamen thesaurum suum in cęlo in patria sua quęrunt.

Nescio quâ natale solum dulcedine sanctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Greg.Naz. Cui mundus est nouerca, ei cælum est patria. Aug. Si dulcis est patria amara est peregrinatio.

CAPVT XI.

DE CHRISTO.

1. Quisnam est qui vere dicere potuit, Sum quod eram, nec eram quod sum, nunc dicor vtrumq;?

CHristus, quia hic est gigas geminę substantiæ seu naturę, diuinæ & humanę. de quo Prudent. in Psychom. *Ille manet quod semper erat, quod non erat esse incipiens, &c.*

2. Quinam vir pessimus vilissimo precio alijs vendidit quod ipse in sua potestate non habuit, quodq; toto mundo fuit preciosius?

Iudas proditor Christi.

3. *Homo quidam probus à prauo petebat munus quod præstantius erat toto mundo, quodnam illud erat?*

Ioseph ab Arimathæa petijt à Pilato corpus Christi. Matth. 27. v. 58.

4. *Dic age quale putes nomē, q; recta colūna* I
Inchoat, inde tridēs fuſcina nectit idem E
Flex⁹ vtrinq; vnc⁹ ſecat, hinc biuij nota, claudit S V
Idem vncus medio qui ſtetit ante loco? S.

R. Eſt nomē quod eſt ſupra omne nomen, melos in aure, iubilus in corde. Nil pręter Ieſum quod ſciret Paulus habebat.

5. *Quid Iudicum 14. ca. ſignificabat, quod in ore Leonis occiſi apes examen confeciſſent & fauum mellis?*

Dulcedinem doctrinę & ſapientię Chriſti morituri.

6. *Quibus verbis extollit* S. Bern. beneficium Redēptionis per Chriſtū nobis collatum? *Si totum* (inquit de diligendo Deo) *me debeo pro me facto quid addam iam pro me refecto hoc modo? nec enim tàm facile refectus quàm factus. in primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe, & mihi*

mihi se dedit, meq; mihi reddidit, datus ergo & redditus me pro me debeo, & bis debeo. Sed quid Domino pro se retribuam? nam etsi me millies rependere possim quid sum ad dominum meum?

CAPUT XII.

DE CIBIS.

1. Cur Pythagorai abstinebant à piscibus?

QVod hos quasi suæ disciplinæ domesticos agnoscerent, propter ἐχεμυθίαν id est, silentium quod piscibus est proprium. caussam adfert Arist. quod his neque pulmo sit, neq; arteria, neq; guttur. Notum est prouerb. magis mutus quã piscis. Xenocrates elegãti metaphora cibum piscium *lautiorum conuiuiorum ludum* nominat, vt qui oblectationis & condimenti potius gratia (vnde & ὄψα per excellẽtiam dicuntur) à ditioribus appetantur.

2. Rectene aper seu porcus sylvestris in conuiuijs magni æstimatur?

Quanti à veteribus æstimatus sit testatur, hic versus Iuuenalis:

Quanta

——Quanta est gula, quæ sibi est totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?

Martialis vix vnquam crenas aut nobiles escas memorat, quin inter ipsas apro nobiliorem prope locũ tradat. Quem sicut hodie varijs iuribus ac delicatis liquoribus condiunt coqui, vt eius syluestrem odorem occultent: ita quoq; veteres non minus gulæ studiosos factitasse intelliget qui Apicij illius opsodædali varias apri códitúras examinauerit. Apri autẽ lumbus omnibus alijs partibus eius præponebatur. hunc Plautus & Cato aprugnum vocauere.

8. *Cur mediocriter non excellenter dulcia prosunt?*

Quia mediocriter dulcia temperate calida & cum sanguinis & carnis natura congruunt, quia dulcis sapor est in quo exuberat aërea humiditas, isq; naturæ sanguinis nostri & carnis proximè cõgruit. Contra excellenter dulcia nocent, quia cum sint valdè calida & aërea cito in igneam naturam vertuntur. Sic mel & saccarum celerrimè vertuntur in rubrã bilem. Quare aui

re auidius vſi ſaccaro ſæpe pernicioſe inflammantur. Accedit quod quia dulces cibi intemperantius eduntur propter humoris copiam ſequuntur putrefactiones.

4. Cur etiam nimis pinguia nocent?

Quia ſolent ſupernatare & impedire coctionem & oppilationes efficere.

5. Cur ſacerdotibus vetita erat caro caprina?

Quia Plutar. in problematis tradit capras cęteris animalibus magis epilepſia ſeu comitiali morbo tentari ob meatuum anguſtiam (quam arguit vocis tenuitas) atq; eodem morbo facile capi eos qui caprinis carnibus veſcuntur. Clemens tamen Alex. li. 7. Strom. tradit hircinas carnes epilepticis auxiliari. eſt autem hircus mas caprarum nõ caſtratus, ſed caprarũ admiſſarius.

6. Cur prouerbio: Leporem non edit, ſignificatur aliquem eſſe deformem?

Nam antiquitus ſuperſtitioſe creditum eſt eſu leporinæ pulpæ cõciliari formam. vnde Martial. lib. 5. in Gelliam:

Si quan-

Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis,
Formosus septem Marce diebus eris.
Si non derides, si verum, lux mea, narras,
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Et Plin. scribit lib.27.ca.9. leporem in cibis sumptum gratiam corporis in 7. dies cõseruare. Lepus à posteriore parte, à lumbis & clunibus prębet de se pulpamentum, eaq́; corporis parte laudatissimus est. Galenus (li.3. de alim.facult.) de sanguine leporino tradit eum tanquam omnium suauissimum in magno precio habitum. At caro est talis qualis sanguis, ex quo tota cõstat, ergo sanguine leporis suauissimo existente, quomodo eius caro magnam suauitatem non contineat?

7. *Cur in æstate & vehementi calore non expedit comedere amara?*

Quia amaritudo generat calorem.

8. *Cur digiti sunt crassiores ante cibum quam post?*

Quia homo ieiunus repletus est malis humoribus & fumositatibus diuersis, ob eandem caussam est grauior quam cibatus. adhæc

adhæc post cibum calor è membris exterioribus se recipit ad interiora ob digestionem cibi, & ideo membra exteriora gracilia redduntur.

9. Cur non licet in eadem mensa lac & pisces comedere?

Quia ambo sunt phlegmaticæ naturæ & maximè disponunt ad lepram. quod etiam faciunt vinum & lac si in eadem mensa sumantur.

10. Cur post prandium plus frigemus quam ante?

Quia calor recepit se ad stomachum pro digestione facienda.

11. Cur iuuenes citius esuriunt quam senes?

1. Quia indigent cibo propter incrementum, restaurationem, & conseruationem vitæ, 2. quia sunt calidiores senibus.

12. Cur existente appetitu comedendi debet quis comedere?

Quia tolerare famem est stomachum malis humoribus & putridis adimplere quos attrahit ad se loco cibi. Hinc cum ie-

iunamus appetitus comedendi paulatim perit, quia stomachus repletur malis humoribus, Hinc sumpto modico cibo appetitus redit. vnde Prou. Os est impostor.

13. Cur non licet stomachum nimium replere?

Ne natet in eo cibus, & suffocet calorem naturalem, vt ligna frigida ignem. Hinc vers. *Esse cupis sanus sit tibi parca manus,*
Pone gulæ metas vt sic tibi longa sit ætas.

14. Cur cibus non debet esse nimis calidus, vt piper, zinziber?

Quia is adurit sanguinem & disponit ad lepram, vt nimis acetosus cito inducit senectutem, nimis condîtus adurit interiora, & nimis dulcis, (dulcedo) constipat venas.

15. Cur expedit caseum & pira comedere post alia fercula?

Quia caseus tendit ad fundum stomachi, deprimit carnes, & omnes alios cibos digerit: Caseus est nequam nam digerit omnia se quam. idem dic de piris.
Caseus & panis bonus est cibus bene sanis,
Si non sunt sani tunc hunc non iungito pani.

Caseus

Caseus, anguilla mortis cibus ille vel illa,
Ni bibas & rebibas & rebibendo bibas.

16. Cur post pisces bonum est comedere nuces?

Post pisces nuces, post carnes caseus adsit. vnica nux prodest, nocet altera, tertia mors est, quia nuces iuuãt digestionẽ, cum sint mediocriter calidę. Pisces sint ex aqua clara & petrosa, non frigida, nec lutosa.

Hi currãt per aquam mundã claramq́; petrosam
Sint cocti vino pisces cum petroselino.

17. Expeditne eodem tempore magnis & minutis piscibus vesci?

Quidam ex genere hominum qui forensia tractãt, piscem cetaceum emerat eumq́; laute paratum spectãte familia & minutos pisciculos carpẽte, penẽ absumpserat, cum honoris caussa etiã ancillã iã natu grandiorem ad maiorẽ piscem inuitauit. *Caeterum ne tibi sim caussa mali, scias velim*, inquit, *inter pisces maiores & minores aeternã durare inimicitiam, nec minus cetaceorum carnes carnibus pisciculorum in eodem stomacho infestas esse quam viui viuis fuerint. proinde tibi ego vti dominus pro mea liberalitate his simul vesci liben-*

libenter permiserim, at pro pietate Christianæ esu horum tibi interdico, vel meo exemplo, qui maiore degustato ad minores descendere noluerim. Erat hoc Pallium auaritiæ.

18. Cur Romani olim lactuca esu cœnam finiebant?

Somni conciliandi caussa & vt insita frigiditate retūderent ebrietaté. Posteriores tamen, appetitus excitandi gratia primo loco seu in cœnæ procemio sumpsere. Hinc Martialis lib. 13. Epigr.

Claudere quæ cœnas Lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes?

Galenus medicus (libr. 2. de alim. fac.) Lactuca frequenter vsus est ætate quidem iuuenili, cum ventriculus assidua bile turgeret, refrigerij caussa: in senio vero aduersus vigilias, non cruda tamen sed elixa.

19. Cur panis triticeus est bonæ digestionis & tardioris egestionis?

Quia furfures ab eo separati sunt, qui etiam præbent viam velocitati egressus. Optimus autem est qui præparatur vt sit simi-

ſimilis ſpongię. Panis azymus non facile digeritur.

Panis non calidus, nec ſit nimis inueteratus,
Sed fermentatuſq́ oculatus, ſit bene coctus, &c.

Non comedas cruſtam, choleram quia gignit aduſtam.

20. *Qui intelligis illud ruſtici cuiuſdam: quotidie labore meo quinq́ lucror panes, vnum capio, vnum proijcio, vnum reddo, & duos do mutuo?*

Vnum in meum vſum capio, vnum porrigo nouercę, vnum patri, duos liberis.

21. *Vtrum minuti piſciculi ſunt meliores an piſces maiores?*

Famelico cuidam in taberna piſciculi, alijs vero non procul inde ſedentibus maiores piſces erant appoſiti. tum ille vnum & alterum quaſi percunctaturus aliquid, auri, vel, nunc ad os nunc ad aures admouit & quædam ſecreto loquens fleuit, mirantibus quid hoc ſibi vellet. *Pater*, ait, *meus piſcator fuit, & olim in flumine perijt. Ex his igitur an vſpiam viderint ſciſcitari volui, at eum ſeſe nouiſſe negant, cum ſint iuniores, & ſi*

quid certi scire velim, ex maioribus illis exquirere iubent. hoc cum intelligerent assidentes dederunt ei etiam grādiores deuorandos, hoc enim captabat.

22. Cur viri studiosi pinguibus parcius (non notabili copia) vtuntur, adhibita sufficienti panis quantitate?

Quia hæc stomachum relaxant eiusq; vires in astrictione sitas dissoluunt, cōcoctionem reliquorum ciborum impediūt, eosq; semicōfectos & semicrudos stomacho excedere faciunt, in caput fumos copiose emittunt, vnde nebulæ, tusces, asthmata, aliaq; pulmonis mala. Deniq; ipsa nisi probe cōcoquantur vertuntur in prauos humores, materiamq; febrilem, dum partim in biliosos, partim in phlegmaticos succos facessunt.

Absurdum autem est tantis incōmodis tam vilem ac breuem nundinari gulæ voluptatem. Nam nulla re magis profitetur quis se gulę mancipium, quam si vt illi satisfaciat, noxia ingerat.

23. Cur parcius assumunt, brassicā, capar, caseum, fabas & pisa?

Metu.

Metu humoris melancholici, biliosi, viscosi & inflationis.

24. Cur inter omnia ciborum genera senibus & debilibus nihil conuenientius panatella?

Panatellam Itali vocant pulticulam quę ex pane & aqua aut carnium iusculo simul coctis constat. Ratio cur hæc sit maximè cōueniens est tū quia cōcoctio est facilima, cū cocta sit instar illius chyli quem stomachus ex cibis cōcoctione efficit. tū quia putredini & corruptioni minime est obnoxia, vt multi alij cibi qui in stomacho putrescunt. Deniq; copiosus & probus sanguis ex ea cōficitur facile etiam aliquid additur quo vel calidior euadat vel magis alimentosa vnde merito dicit Syracides ca. 29. v. 28. *Initium vitæ hominis aqua & panis.* Quibus verbis significat vitam hominis his duob⁹ potissimum fulciri & constare eaque vitæ conseruandæ esse maximè cōuenientia, vt frustra pretiosę carnes & pisces aliaq; gulę irritamenta quærantur.

25. Cur Homerus salē vocat diuinum alij χάριτος (gratiam?)

Quia pluribus intersitus ea gustui reddit sapida & grata.

26. *Cur viri prudentes quibus bona valetudo cura est maxime cauent ciborum varietatem & exquisitam condiendi rationem?*

1. Quia illa varietas semper nouo modo gulam prouocat & appetitum excitat vt nunquam videatur satis sumpsisse, quo fit vt iusta mensura cibi & potus enormiter excedatur. 2. quia diuersorum ciborum diuersa est natura, diuersum temperamentum, & sæpe contrarium, quo fit vt alij citius alij tardius concoquantur. Hinc mira in ventriculo cruditas & totius concoctionis deprauatio, hinc inflationes, tormina, colicæ, obstructiones, renum dolores & calculi. itaq; & ratione quantitatis nimiæ, & ratione varietatis maxima chyli seu succi ex quo sanguis conficiendus, cruditas & inquinatio. Hinc ciborum varietate & copia in eadem mensa, & productione in lõgas moras nihil nocentius homini ad salutem omnibus ex æquo medicis visum est, ait Francis. Valeriola medicus lib. 2. loc. com. c. 6. Muscouitæ etiam eum conuiuatorem

torem laudant qui ipsis duntaxat panem cum sale apponit.

Athenæus li. 2. refert ex Theophrasto Phalinum quendam nullo alio cibo vel potu totius vitæ decursu vsum quàm solo lacte, commemorat ibidem multos alios qui victu simplici sunt vsi. Plin. lib. 11. c. 4. refert Zoroastrem 20. annos in deserto vixisse solo casei esu, qui ita temperatus erat vt vetustatem non sentiret. Xenophon scribit lib. 1. de dictis & factis Socratis eius diætam fuisse simplicissimam ac tenuissimam, vel, minimo sumptu opus fuisse Socrati. Breuiter & olim omnibus sæculis & modo apud omnes gentes illi salubrius & diutius viuunt qui simplici, tenui ac vulgari ratione victus vtuntur. Adhæc Plenus venter non studet libenter, auff feisste vnd feuchte Haut kan man schwerlich schreiben. v. P. Lessium lib. de vera ratione conseru. valet.

27. Cur Itali vulgo dicunt, Qui multum vult comedere, comedat parum?

Quia parum comedendo protrahimus

vitam. pone gulæ metas & erit tibi longior ætas, der beste bissen/ein rein gewissen.

28. Cur obesus leuior est macilento si cætera sint paria?

Ossa densiora & grauiora sunt carne, & ieiunus grauior est seipso pranso. cibo enim potuq; spiritus augentur & ij addunt corpori leuitatem, vnde & hilaris leuior est mœrente, & mortuus viuo longe grauior. (venter) Plenus is est leuior (ob auctos & excitatos spiritus) grauis idem vbi pendet inanis.

29. Quid apud ethnicos erat genio indulgere?

Bene corpus curare, vt genium suum fraudare, paruo difficilique victu vti. Putabant autem genium esse vniuscuiusque animum rationalem. geniales deos vocabant quatuor elementa duodecim signa, solem & lunam quia hæc sunt semina & secundæ caussæ rerũ (Festus pomp. lib. 7.)

30. Quomodo bibendum & edendum?

Inter prandendum sit sæpe parumq; bibendum
Vt minus ægrotes non inter fercula potes,

Vt

Vt vites pœnam de potibus incipe cœnam,
Singula post oua, pocula sume noua.
Post ouum molle bonum haustum tibi tolle.
Post ouum durum bis, si diu viuere cupis,
Si sumas ouum, molle sit atq; nouum:

31. *Cur nouus cibus multum nocet stomacho, vt in festo paschæ post ieiunium carnes?*

Quia talis cibus nimis auidè comeditur.

32. *Cur nocet diu esse in mensa?*

Quia quando vltimum ferculum apponitur tunc primum incipit digeri & cibus decoctus corrumpitur. Hinc Galli ad summum duo vel tria fercula comedunt. Subtilia autem in digestione fercula, vt carnes pullorum, hœdorum, & vitulorum, oua mollia, &c. præcedant: crassa, vt caro ceruorum, porcorum, vaccarum, oua dura, post comedenda sunt. Nam alias subtilia iam digesta violenter retinerentur & in stomacho corrumperentur. Male ergo Scoti & Angli conuiuia in multas sæpe horas extrahunt.

33. Cur cœna debet esse breuis?

Quia post eā non sequitur motus ideoq; cibus non intrat profundum stomachi sed manet indigestus. hinc vers.

Cœna leuis cœnaq; breuis tibi sit, quia magna
Cœna nocet, medicina docet, res est manifesta
Ex magna cœna stomacho fit maxima pœna
Vt sis nocte (al. corde) *leuis, sit tibi cœna breuis.*

34. Cur nocet aquam frigidam bibere?

Quia aqua est summè frigida, ideoque veniens ad stomachum impedit digestionem & calorem digerentem.

34. Cur statim post prandium non licet laborare?

Ne per motũ lædatur virtus digestiua, & cibus antę digestionem descendat.

Post mensam pausa, nec cas, nec stes sine caussa.
Et ne membra crudum attrahant cibum.

Post cœnam moderatus motus est bonus; quia per eum cibus intrat profundum stomachi.

Post cœnam stabis aut passus mille meabis.

36. *Estne exercitatio corporis ante cibum admodum salubris?*

Socratem philosophum ferunt cum vsque ad vesperum contentius ambularet quæsitumque esset ex eo quare id faceret? respondisse, Se quo melius cœnaret obsonare ambulando famem. Cic. 5. Tusc. *ante cibum perge, &c.*

37. *Quot sunt sapores suillæ carnis?*

Ferme quinquaginta, teste Plinio, hinc Martialis

Iste tibi faciet bona Saturnalia porcus.

Quasi omnes simul cupedias & gulę irritaméta habiturus sit in porco pręingui.

38. *Qui cibi bene nutriunt, & qui & nutriunt & impinguant.*

Oua recentia, vina rubentia, pinguia iura
Cum simula pura, natura sunt valitura
Nutrit triticum & impinguat, lac, caseus infans,
Testiculi, porcina caro, cerebella, medullæ
Dulcia vina, cibus gustu iucundior, oua
Sorbilia, & ficus matura, vuæq; recentes,
Sunt nutritiua multum carnes vitulina.

CAPVT XIII.
DE CONIVGIO.

1. Cur maritus est caput & Dominus vxoris?

1. Quod Deus omnipotēs primò *cōfinxit Adamū,*
Nonne viro confert maxima iura thori?
2. Quodq́; viro placidū misit per mēbra saporem,
Illius ex Costa *virginis ora creans?*
3. Eua viri Caussa *quòd solem ac sydera vidit,*
Membraq́; sunt membris aßimilata viri?
4. Est caput vxoris, quarto, namq; Eua maritum,
Ad scelus heu miserum traxit amica suum.

1.Cor.11.v.8.

2. Cur forma in marito vel vxore non magnopere optanda?

Quia vt sub sordida veste, aliquando magna sapiētia, ita sub illiberali specie corporis magna sæpè vis mentis & virtutis lucet. Nō in fronte sed in mente formosę virtutes sedent. Lacedęmonij olim statuerūt vt claudus in regnum non admitteretur, at tandem senserunt melius esse regem quàm regnum claudicare. Absolon omnes sua forma vicit, at mentem vitiosam habuit,

buit. Ἄριστα ὁ χωλὸς ἀφεῖ, dicebat Antianira, hoc est claudus viri officio præclare fungitur, pede enim debilitato genitales vires augentur. Plin. in hist. Lud. viu de Christ. fœm. lib. 1.

3. Quomodo natiua Verecundiæ fœminarum consuluit?

Virorum corpora proiecta in mare supina feruntur, fœminarum prona.

4. Cur apud Spartanos virgines operta facie, nuptæ conuelatæ in propatulo visebantur?

Charilaus reddebat hanc rationem ὅτι τὰς μὲν κόρας ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας σώζειν τοὺς ἔχοντας, quoniam Virginibus viros sibi prospicere necessarium est, mulieribus autem quos compararunt custodire.

5. Cur mulieres multæ immorigeræ sunt maritis?

Dum quædam cerebrosa diu reprehenditur vxor,
Nec satis officij dicitur esse memor,
Quid de me queritur coniunx? q vult volo, dixit,
Imperium is sibi vult, id volo & ipsa mihi.

Dao

Das heist sich vmb deß Scepters reissen.
At. non placet mihi domus in qua gallina cantat, gallus tacet. Weiber regiment / nimt selten ein gut end.

6. *Quomodo olim vxor mœcha maritum veneno necare studens eum seruarit?*

Toxica Zelotypo dedit vxor mœcha marito,
Nec satis ad mortem credidit esse datum,
Miscuit argenti lethalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc si quis faciunt discreta venenum;
Antidotum sumet qui sociata (geminata) bibet.
Ergo inter sese dum noxia pocula certant,
Cessit lethalis noxa salutifera.
Protinus & nocuos (vacuos) alui petiere recessus,
Lubrica deiectis qua via nota cibis.
Quam pia cura Deum? prodest crudelior vxor,
Et cum fata volunt bina venena iuuant.

Auson.

7. *Vtrum habens vxorem morosam potest dicere se duxisse vxorem?*

Ausonius referens infaustum Grammatici coniugium ait:

Arma

Arma virumq; docens, atq; arma virūq; peritus,
Non duxi vxorem, sed magis arma, domum.
Namq; dies totos totasq; ex ordine noctes
Litibus oppugnat meq; meumq; larem,
Atq; vt perpetuis dotata à Marte duellis
Arma in me tollit, nec datur vlla quies.
Iamq; repugnant i dedam me, vt deniq; victum
Iurget ob hoc solum, iurgia quod fugiam.

8. Quæ sunt leges coniugalis amoris?

Eas Ausonius exprimit in Epigrammatis his versibus:

Vxor viuamus, quod viximus, & teneamus
Nomina quæ primo sensimus in thalamo.
Nec ferat vlla dies vt commutemur in æuo
Quin tibi sim iuuenis, tuq; puella mihi:
Nestore sim quamuis prouectior æmulaq; annis
Vincas Cumanam tu quoq; Deiphoben.
Nos ignoremus quid sit matura senectus;
Scire æui meritum, non numerare decet.

9. Quodnam est optimum litium in matrimonio remedium?

Alphonsus Aragoniæ Rex dicebat, Tum demum plerisque molestijs liberum fore

ma-

matrimonium si maritus surdus vxor cæca fiat nam multa dissimulanda sunt.

Altera luminibus quando caret, auribus alter
Improba coniugium tale querela fugit.

10. Quando ducenda est vxor?

Diogenes ab amico rogatus quodnam tempus esset vxorem ducendi? *Iuueni,* inquit, *nondum, seni nunquam.* Tu *Nec fœminam nec pannum eme ad candelam.*

11. Quando secundæ nuptiæ sunt felices?

Rarissimè. Viduus viduam duxerat, inter quos cum contentio in prandio exorta esset, mulier per contemptum semissem carnis quæ apposita erat pauperi cuidam his verbis porrexit: *hanc tibi in gratiam prioris mei mariti do.* Tum maritus eidem alteram semissem dedit, inquiens: *Et ego in gratiam prioris meæ vxoris hanc tibi partem do.* Et siccum duntaxat panem reliquum habuerunt.

12. Vtrum diuiti & fatuo an pauperi & prudenti nubendum?

The-

Themiſtocles cum conſuleretur vtrum bono viro, pauperi an minus probato diuiti filiam collocaret. *Malo*, inquit, *virum pecuniâ quam pecuniam viro indigentem*, id eſt, virtutem ſine opibus quam opes malè adminiſtratas. Cicer. de 2. offic. ver. q. 9. 16.

13. Quid agendum vt deformes parentes formoſiſsimam gignant ſobolem?

Narrant Soranem Regem cum deformis eſſet & liberos formoſos gignere ſtuderet elegantes picturas vxori proponere conſueuiſſe & ſic voti compotem eſſe factum. Procul igitur à grauidis aberunt picturæ monſtroſæ.

14. Quid ſit vt vir quærat vxorem, & non contra?

Vir quærit id quod amiſit, hoc eſt, coſtam in formatione fœminæ ſibi ademptam.

15. Cur non raro doctis paulo acerbiores obtingunt vxores?

1. Vt domeſtica cruce exercitati publicas mole-

molestias & ærumnas patientius ferre domi addiscant. 2. Quia pleriq; ducunt elegantes quæ solent esse acerbiores. Ouid.

Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.
Fœmina culta nimis fœmina casta minus:
Non solum est oculis ducenda sed auribus vxor, iudicio famæ quæ placet illa placet.

16. Quali genero collocanda est filia?

Themistoclem quidam vnicam filiam habens vtrum eam pauperi sed probato, an locupleti parũ probato collocaret rogauit, respondit Themistocles: *Malo virum absq; pecunia quàm pecuniam viro indigentem.* Plut. Val. lib. 7. c. 2. v. q. 12.

17. Virgone an vidua vxor ducenda?

Hesiodus (ἔργ &c.) fratri suo suadet vt virginem ducat vxorem, ratione adiecta, vt hanc instituere ad honestatem morum possit. Stob. ser. 83.

Quæsitus iuuenis viduam cur ducere nollet?
In qua quis periit non bibo dixit, aquam.

18. Cur Iudæi vitrum ex quo sponsus & sponsa biberunt confringunt?

Eo monent voluptatem ita esse temperandam

randam vt interea memores ſponſi ſint fragilitatis humanæ.

19. Quare nouis ſponſis aureolæ ſeu corollæ in ſolenni deductione & copulatione imponuntur?

Sunt iſta victoriæ ſigna, quod antea libidini impenetrabiles ita demum impolluti impollutum connubium ingrediantur, quia à voluptate carnis ſuperati non ſint. Chryſoſt. hom. 9. in ep. ad Tim. 1.

20. Quo ænigmate ſignificatur coniugium?

Sūt duo quæ duo ſunt, & ſunt duo quæ duo nō ſunt,
Quæ duo ſi non ſunt, ſunt duo nulla duo.

Qui duo erant ante coniugium, facti ſunt poſt coniugium vna caro.

21. Quid eſt malam ducere vxorem?

Qui capit vxorem litem capit atq; dolorem (ſeu, capit abſq; quiete laborem).
Longum languorem, lacrymas, cum lite dolorem.
Ein böß Weib nemmen zu der Eh/
Macht vnruh/zwytracht/ach vnd weh.

22. Quid maritus eſt vxori?

Laborum vmbraculum, neceſſitatum medela

medela gubernator domus, &c. Horologium principum lib. 3. c. 39.

23. Cur parentes cum primis sunt soliciti pro filiabus?

Quia si filiæ sint ingeniosæ, ne deprauẽtur; si simpliciores, ne decipiantur; si deformes sint elocari nequeunt, si formosæ satis habent in custodiendis illis curæ, si bene moratæ nollent eas à consuetudine sua segregari, si malè moratæ perferre eas non possunt. Iacobus Patriarcha vnius filiæ Dinæ pater erat, & ob ipsam periclitabatur.

24. Quid consolabitur eos qui rixosas habent vxores ne coniuges fiant seiuges?

Exemplũ Socratis, is domi habebat rixosam vxorẽ Xantippẽ nomine, quæ semper iurgia excitabat, vt illo studente mensam euerteret. aliquando post diuturna iurgia ira commota, quod ille taceret, aquæ poculum capiti eius illa superfudit: *Haud ignorabam*, inquit ille, *post tonitrua pluuiam* securã. Ad hunc Alcibiades: *Quomodo*, inquit, *perfers hanc rixosam vxorem, nec domo eijcis?* cui

cui Socrates: *Qui ouis vesci vult, glocitantium gallinarum strepitu offendi non debet, Equidem sic domi patientiam disco vt foris melius exercere queam.* Laert. & Gell. li. 1. c. 17. Varro: vitium vxoris qui tollit vxorem commodiorem præstat; qui fert, sese meliorem facit.

25. *Quamdiu perdurat tempus generationis?*

In viris ad 70. in fœminis ad 50. annum. vt docet Arist. 7. polit. c. 16. ac proinde eius ætatis à nuptijs, nisi consolationis caussa, vtrumq; abstinere iubet. Turpe est curuos, & decrepitos senes quos natura spadones fecit de Helena cogitare & loqui, & cum oculis cæcutiant, dentibus careant, ex naribus & ore pus & spumam ætatis mittant, manibus tremant, pedibus vacillent, & totis naturæ viribus deficiant, de sponsa & libidinosa Venere somniare.

26. *Quando licet viris ducere vxores & fœminis nubere?*

AEgypti non ante 30. Lacedæmonij non ante 35. Romani non ante 37. annos, suos

ſuos adoleſcẽtes vxores ducere voluerunt apud Germanos ſera extitit Venus. Tac. Ariſt.7.petit.c.16. Vult vt fœminæ an. ętatis 22. mares 37. alligentur nuptijs quod in ea ætate vtriuſq; vires corroborentur. at cum in hoc occaſu mundi omnia velocius cõſeneſcãt, alij volunt viris circiter 30. fœminis circiter 20. ætatis annum matrimonium contrahere liberum & licitum eſſe.

27. Quot dies cum vxore ſunt iucundi?

Bini, alter quo ducitur, alter quo mortua effertur, ait Hippocrates apud Stob. ſer. 67. ἄλυπον ἕξεις βίον χωρὶς γάμου, moleſtijs caret vita quæ cœlebs eſt. ibid.

28. Cur ſenibus non ſunt temerè ducendæ vxores, nec vetulis nubendum?

Vetus dictum eſt: Senex amator extremum infortunium. quia frigida & ſicca ſenum moroſorum ætas ad matrimonium eſt inepta. adhæc vxor Senis, ſponſi domina eſt.

29. Cur ducens vxorem & comparans ſibi nauem dicitur ſibi comparare negotium?

Quia nulla res plus habet negotij. mulier nunquam ſatis ſibi ornata videtur, &c.

30. Vtrum

30. Vtrum androgyni seu hermaphroditi (vtriusq; sexus homines) matrimonio sunt iungendi?

Matrimonium quidem ipsis negandum non est, sed non concedenda eis est facultas vtroq; sexu vtendi, verum eo duntaxat in quem magis incalescunt. Si æquali potentia in vtrumque incalescant, cogendi sunt ad sexum eligendum quo vti velint, atque electione facta alter viri alter vxoris fungetur officio, episcoporum authoritate adhibita, iuramentoq; adhibito ita vsuros matrimonio vti seruum electio facta est. v. Iuristas. aliquando tamen hę nuptię sunt repudiatæ, non solum vi incalescendi immutata, sed & ipsis naturæ instrumentis inuersis. Plin. lib. 7. ca. 4. Gell. lib. 9. cap. 4. Albertus Mag. putat nō mutari sexum sed prodire quæ prius latebant virilia. Fulgosus lib. 1. ait: Regnante Ferdinando Ludouici Guarnæ Salernitani filiæ duæ Francisca & Carola post 15. annum nuptui traditæ sunt, & thori vsu ambabus genitalia membra in marium morem erupere, mutatoq;

habitu publice pro maribus habiti sunt Franciscus & Carolus nuncupati.

31. *Quas filias progenuit diabolus in adulterino coniugio ex impietate (coniuge)?*

Septem peccata. natu maximam filiam *arrogantiam* elocauit potentibus, nobilibus, & diuitibus, *auaritiam* mercatoribus, *fallaciam* rusticis, operarijs, & mercenarijs, *inuidiam* opificibus, *hypocrisin* sacerdotibus, *superbiam* mulieribus, *Scortationem* in familia sua retinuit vt ea nulli esset propria sed omnibus communis, & volentes illam conuenire cogerentur eam apud se quærere. maxima pars hominum his coniugijs irretita ad inferos descendit.

32. *Cur olim nouæ nuptæ maritorum suorum ædes intrantes postes, vt testatur Plin. li. 28. adipe suillo attingebant & inungebant?*

Vt tam fœcundæ essent quam scrophæ quæ denos pariunt.

33. *Cur mammillas fœminarum Deus prope cor posuit?*

Vt fœtus sui qui lac maternum quasi ex corde exsugit memoriam à se nūquam abijciant. v. de mulieribus.

CAPVT XIIII.
DE CONSILIIS ET CONsiliarijs.

1. *Quinam sunt optimi consiliarij?*

ALphonsus Aragoniæ Rex respondit *mortuos*, innuens libros vt qui sine vllo affectu verum promunt.

2. *Vtrum præstat Principem esse malum an eius consiliarios?*

Lampr. ait meliorem ac prope tutiorem esse Remp. in qua princeps malus sit quam ea in qua sint principis amici mali. vnus enim malus potest à multis bonis corrigi, multi autē mali non possunt ab vno quantumuis bono vlla ratione superari: at ô felicem Remp. in qua princeps optimus non nisi sui similimos in interiorem amicitiam admittit. vide Psal. 100.

3. *Cur tempus antelucanum Musis & consilijs amicum est & opportunum?*

Quia mens minus tunc distrahitur ijs rebus quibus interdiu solet. Nox enim εὐφρόνη veteribus, παρα τό εὐφρονεῖν à bene sapiendo dicebatur. Optima certe consilia nocte constituuntur quod tunc animus sit liber & vacuus à curis.

4. *Quæ est anima consiliorum.*

Silentium. Optimum enim ac tutissimum administrandarum rerum vinculum est taciturnitas.

CAPVT XV.
DE CONVIVIS ET CONuiuatoribus.

1. *Cur conuiuæ liberaliores sunt conuiuatoribus?*

Comœdi scenam comedones quærite cœnam.

Henr. Steph. sic ludit in quendam Aulum auarum.

Conuiua es quoties, grata est tibi prodiga cœna:
Cum conuiuator, parca & auara placet.

Vnde

Vnde hoc? Actiuus (liceat sic dicere) luxus,
Sed non paßiuus displicet Aule tibi.

2. Quando auari inuitant alios?

Martial. in auarum Nasicam li. 2. Epigr.
Inuitas tunc me, cum scis, Nasica, vocatum,
Excusatum habeas me, rogo, cœno domi.
lib 3. in Gallum. *Nunquam me reuocas, venias cum sæpe vocatus, &c.*

3. Cur docti in temulentis conuiuiis pauca loquuntur?

Archidamus cuidam qui vitio vertebat Hecateo rhetori omnium clarissimo quod adhibitus ad ipsorum cõuiuium nihil dixisset: *Videris*, inquit, *mihi nescire quod is qui dicendi nouit artem etiam dicendi norit opportunitatem.* in senatu, in foro, in concionibus, in legationibus, alijsq; Reip. negotijs locus est oratori, in conuiuijs temulentis maiore cum laude silet eruditus quam loquitur. periti bellatoris est non minus scire fugiendi artem quam pugnandi. Plut. in Lacom. & in Lycurgo v. q. 55. vt pertinaci vento concussæ arbores confusum tot ramorum frondiumque susurrum edunt:

 sic

sic in conuiuio quisq; etiam indoctus vini aura adflatus garrit. vt autem cum plures lychni lucent vmbræ rerum languent atque expallescunt: sic exiguus est orationis fructus cum plures loquuntur. cum Bianti in conuiuio tacenti stoliditas obijceretur, *Et quis*, inquit, *stultus inter pocula tacere potest?* Athenis quidam legatos regios conuiuio excipiens his ita volentibus philosophos simul adhibuit, ibi sermone iam feruente cum quisque è sapientiæ penu aurium velut tragemata proferret differeretque, vnus vero Zeno taceret, legati silentium admirati comiter adfari hominem & propinato poculo περὶ σοῦ δὲ τί χρὴ λέγειν, inquiunt, ὦ ζήνων τῷ βασιλεῦ, de te vero ô Zeno quid dicemus Regi? at ille, ἄλλο μηδὲν ἢ ὅτι πρεσβύτης ἐστὶν ἐν Ἀθήναις παρὰ πότον σιωπᾶν δυνάμενος, aliud nihil, quam senem Athenis esse qui inter pocula tacere sciret.

4. *Quid erat apud Athenienses δεκάτην ἑστιᾶσαι, decima epulum præbere?*

Mos Athen. Ciuium erat decima ab

ortu

ortu infantis nocte conuocari paternos maternosque cognatos, iisq; præsentibus & nomina pueris indi, & immolari dijs, & conuiuio cœtum illum excipi. Aristoteles idem die septimo factitatum scribit.

5. Qui possunt conuiuia optime condiri?

Lepidis sermonibus & comitate. Sic Cleomenes Rex Spartanorum compotationes cõdiebat nunc querendo, nunc narrando, neq; inerat seueritas orationi eius tristis, sed lepidus & honestus iocus. Plut. Alexander Magnus singulis calicibus prolixum sermonẽ interponebat semper. Id. *Simondi in cõuiuio assidebat hospes, nihil loquens.* Ei Simonides: *Si fatuus es*, inquit, *sapientis opus facis; si sapiens, fatui.* Plut. lib. 3. Symposiacôn.

6. Cur prudenter ordinanda sunt conuiuia?

L. Paulus AEmilius: Eiusdem mentis est aciem ordinare rectè & conuiuium, hoc vt quam gratissimum sit inuitatis illam vt quam horrendissima sit hostibus. Plut. in AEmilio.

7. Cur littera S. foribus cœnaculorum superponi solebat?

Hac nota discubituris silentium indicebatur vt è cõuiuio surgentes, si quid forte licẽtius obloquutus foret quispiam volentes obliuiscerentur, ibi enim locus pro ioco & datur & recipitur. Hinc tritum illud μισῶ μνάμονα συμπότην, odi memorem compotorem. Cæl. lib. 12. c. 18. Terent. in Phormione vtitur syllaba S T. Nã Si sylenum impetrare cupientes lingua eiusmodi sonum velut sibilũ efformamus. apud Lacedem. qui natu maximus erat stabat ad ostium & ad cõuiuium ingredientib' dicebat, ostensis foribus: διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται, per hasce nullus sermo progreditur foras, vel ταύτῃ οὐκ ἐξέρχεται λόγος. hac non egreditur sermo.

8. Cur. Plutar. in Symposiacis hanc consuetudinem damnat?

Quia vult in conuiuijs sermonibus vtendum esse nõ ineptis sed eruditis ac frugiferis quos efferri sit honestum ac conducibile.

9. *Cur olim parum vrbanum habebatur si quis ad conuiuium rogatus tardius aduenisset?*

Battus quidam scurra cōsueuit eos qui tardius venirent ad conuiuium ἐπιθυμοδείπνους appellare, quasi dicas conuiuiorum appetentes, quod cum essent occupati negotijs ob cœnarum tamē cupiditatem non excusarent se ijs à quibus rogarentur. Plut. in Symposiacis ostendit cognomina quædam in eos fuisse iactata qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederent. dictos enim κωλυσιδείπνους, ζοφοροδόρπιδας, & τρεχεδείπνους quod cum alijs essent in mora, impedimento esse videbantur quo minus illis cœnare liceret, & quod lentitudine sua efficerent vt conuiuium ad noctem vsque proferretur, tertium nomen per antiphrasin attributum apparet. Lautioris alimoniæ gratia ad alienæ culinæ nidorem decurrere parasitorum est.

10. *Quæ Regula conuersationis in conuiuijs obseruanda est?*

Epicteti: In conuersatione maiori ce-

de, minori cum modestia persuade, æquali assentire.

11. Cur non expedit conuiuas esse multos?

Quia turba plerunq; est turbulenta, ne id eueniat, Septem, conuiuium; nouem, conuitium.

12. Quid maxime ornat conuiuium?

Vultus placidus & sermones admodum familiares. Recte ille ad conuiuas:

Protinus ante meum quidquid dolet exue limen.
Ein freundtlich gesicht, ist das best Gericht.
Hospitis in mensa vultum non fercula pensa,
Dat bene dat multum qui dat cũ munere vultum.

13. Quale conuiuium instituit Heliogabalus (Hellgatel)?

Conuocari iussit octo luscos, octo caluos, octo podagrosos, octo surdos, octo insigniter nigros, octo notabiliter obesos, & octo nasutos ijsdem etiam mãdauit proposito præmio vt ad se deferrent millena põdo aranearum. Et dicuntur collecta decem millia pondo aranearum. admirantibus id factum respondebat, *ex his colligi magnitudinem vrbis Romæ.*

14. *Cur Ethnici in suis conuiuijs imaginem mortis intulerunt & singulis ostenderunt?*

Vt hospites intra σωφροσύνης seu tẽperantiæ metas se cõtinerent, & memoriã mortis etiã inter epulas nõ deponerent. Nõ pudeat ostendere tuã frugalitatẽ, quia nemo nisi intemperans ea offendi potest. Sic dimittendus est conuiua vt qualis venerat redire postridie queat. Maximo damno cœnat quisquis valetudinem impẽdit, sed nimium quoq; pro sumptu præmium exigit qui imperio vtitur, & cibo potuq; ad morbum compellit.

15. *Quid in conuiuijs discendum, vel quis fructus inde reportandus?*

Viues libr. 4. de tradendis disciplinis de Carolo Virulo, *Louanij*, inquit, *gymnasio Liliano praerat*, & quia sub cura sua pueros habebat complures, ad visendos vel filios vel propinquos cum venirent varij generis homines, colloqui illos cum eo erat necesse, & vt est consuetudo regionis,

conuiuari etiam. inquirebat horas aliquotante conuiuij tempus quibus in rebus plurimum & dextre esset conuiua suus versatus. Erat alius nauta, alius miles, alius agricola, alius faber, alius sutor, alius pistor. de eodem ipse artificio aliquid interea legebat & meditabatur. Tum veniebat ad mensam paratus, vt & oblectaret conuiuam sermone de rebus ipsi notis, & ab illo ita prouocato intima & secretissima artis facile cognosceret, audiretq́; breuissima hora quę ille vsu multorum annorum vix esset assecutus. ita discedebat de colloquio & conuiua lætior, & conuiuator prudentior ac peritior. De fructuosis conuiuijs nota hos versus:

Hic datur absumptas reparare in corpore vires,
Hic locus est animum qui recreare queat.
Vrbanis mulcent conuiuia splendida dictis
Multus adest dignus cognitione lepos.
Historias cupio? referuntur: quæro disertam
Doctrinam? erudior, fit Schola mensa mihi.

16. Re-

16. *Rectene faciunt an secus qui tibicines aut citharœdos aut alia id genus acroamata in conuiuijs adhibent?*

Muretus lib. 6. Var. lect. cap. 15. ait: Apud Platonem in Protagora Socrates abiectos modo & imperitos, & circumforaneos homines id facere solitos dicit, qui cum eam vim non habeant vt vrbana aliqua & eleganti collocutione tempus illud epularis accubationis traducere, & mutuis sermonibus animos suos hilarare possint, eius rei remedium à mimis & ab histrionibus & à vocũ fidiumve cantibus petunt. at quas ad epulas boni & eruditi conuiuæ conuenerint, in eis neq; tibicinam, neque psaltriam audiri, neq; saltatricem spectari vllam. ablegatis eiusmodi nugis atq; ineptijs eos modeste inter se & hilarè colloqui, neq; vnquam deesse ipsis de quo sermones iucundissimos conferant, etiamsi multam in noctem conuiuium producatur. itaq; ex illo nobili apud Agathonem conuiuio eijcitur tibicina & aut sibi aut mulieribus canere iubetur. At alumnus eiusdem disciplinæ Xenophon in id con-

uiuium in quo & Socrates esset, & Antisthenes,&alij sapientia prę stantes viri non modo Philippũ excitandi risus artificem induxit, venire etiam sublatis epulis Syracusanum illum comessatorem cum tibicina & saltatrice,& formoso puero,qui & ipse tum saltãdo, tũ fidibus canendo summa eos qui aderãt voluptate perfunderet, epulantibus dijs canere Apollinem & Musas fingunt Poëtæ. Euripides non in conuiuijs sed in luctu potius musicam adhibendam esse censet, quod conuiuia satis ipsa per se læta sint, in luctu autem quęrendum sit aliquid quo minuatur dolor. Ego vero si vsquam, inter pocula maximè talibus blandimentis & relaxationibus animi locum esse duco, neq; (dum ea moderatio retineatur, vt turpitudo omnis & obscœnitas absit) caussam video vllã,cur in mensa aut comœdum auersari,aut aulœdum tibicinemq́; refugere sapiens debeat. Nam si semper tam facundi ac diserti cõuiuæ contingerent, quam illi sunt Platonici, tũ forcasse non immerito talia omnia excludegentur. Quod enim esse potest tam mirabile

le acroama quod non collatum cum illorum sermonibus sordeat? quos equidem arbitror, si Apollinem vidisset ipsum cum lyra & plectro ingredientem, vno ore omnes oraturos fuisse, vt aut absćederet, aut ne cantu suo sermones abrumperet institutos. Et tamen, nisi valde fallor, non multo turpius fuisset tibicinæ alicuius cantum audire, quam vel orationem Aristophanis, vel ea quæ de Socratis temperantia ebrius Alcibiades intemperantissimè narrat. lib. 7. c. 2.

17. *Cur Græci non adhibebant honestas mulieres ad conuiuia virorum?*

In conuiuijs liberius & Hilarius ferè homines loqui solent. Neque quisquam ita seuerus est qui non inter vinum & Epulas tum iocetur interdum ipse, tum libenter iocantes alios audiat. fieri autem vix potest, quin vacuo & soluto animo iocantibus nonnunquam parum verecundum aliquid excidat, quodque si alibi diceretur reprehensione merita nō careret. Quocirca pudenter olim Græcorum consuetudo muliebrē sexū à conuiuijs amouerat.

neq;

neq; vlla in virorum symposijs accumbebat mulier nisi quæ quiduis non audire modo verum etiam perpeti posset. Videbant enim alioqui fore vt aut matronalem virginalemve pudorem libertas iocantium offenderet, aut iocandi libertatem illius habita ratio retardaret. Romani autem innuptas modo virgines à conuiuijs amouebant. Varro: virgo de conuiuio abdicatur ideo quod maiores nostri virginis aures Veneris vocabulis imbui noluerunt. apud Terent. Pamphil.

18. Cur Germani in conuiuijs de reconciliandis inuicem inimicis, iungendis affinitatibus, & asciscendis principibus, de pace deniq; ac bello plerumq; consultant?

Quod animus ibi magis aut ad simplices cogitationes pateat, aut ad magnas incalescat.

19. Quanam diei hora prandendum est?

Diogenes hoc interrogatus, *Diuiti*, inquit, *vbi vult, pauperi cum potest.*

20. Quis

20. Quis esse debet finis Christiani conuiuij?

Amicitiæ & concordiæ conseruatio. Tacitus scribit Germanos veteres solitos fuisse in conuiuijs inimicos sibi inuicem reconciliare, atque in gratiam reducere, amicitias affinitatesq; contrahere. Dicitur conuiuium Latinis à conuiuendo, quia vitæ habet coniunctionem & quasi conuictum epularis illa amicorum accubatio, (Cic. de senect.) Plutar. vult cœnã dictam quasi κοινὴν, id est, communem, à communione, cuius cœna est cõciliatrix & custos. Eandem ob caussam quæuis conuiuia veteres Ethici (teste Clem. Alex.) ἀγάπας, id est, charitates appellarunt, multæ graues & diuturnæ priuatorum hominum simultates & inimicitiæ conuiuijs olim sunt extinctæ & sublatæ.

M. Crassus ad bellum Parthicum profecturus maluit Ciceronem amicum quam inimicum relinquere, quare eum amicè compellans apud eum se dixit velle cœnare, quem Cicero comiter inuitauit. Paucis interpositis diebus adierunt Ciceronem amici aliquot rogatu Vatinij vt illũ quoq;

Cice-

Ciceroni (nam erat inter illos grauissima simultas) reconciliarent. Quibus Cicero: *Num & Vatinius apud me vult cœnare?* (Plut. in Cic.)

Syphax rex Scipionem & Asdrubalem (vt refert Liu. lib. 8. belli 2. punici) ad se vno tempore casu venientes ac pacem amicitiamq́; suam petentes etsi populorum duorum sibi inuicem infestissimorum legatos, tamen vtrumque in hospitium inuitauit, quos ad colloquium simultatum dirimendarum caussa contrahere conatus est. Verum Scipio id renuit, dicens, haud priuatum sibi cum Pœno odium esse quod colloquendo finiret, nec de Republ. se cum hoste agere quicquam iniussu senatus posse. Verum, ita Rege contendente, ad easdem epulas venerunt, simulq́; apud Regem cœnauerunt, vt eodem lecto Scipio atque Asdrubal (quia regi ita cordi erat) accubuerunt. Scipio in eo conuiuio tam comem se præstitit vt non Syphacem modo barbarum, sed hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliarit.

Rodol-

Rodolphus Habſpurgenſis (teſte Cuſpiniano) cum Abbate S. Galli grauiſſimum bellum gerens, paucis comitatus & inermis in monaſterium S. Galli ſponte (dum Abbas cœnaret) venit, menſæq; aſſedit atq; ita inter cœnandum ſecum inuicem in gratiam redierunt, adeo vt mutua quoq; auxilia aduerſus alios quoſdã ſuos hoſtes ſibi inuicẽ polliciti fuerint. Iuſtinus lib. 2. refert de *Arthemeno & Xerxe* fratribus quod cum de regno grauiter contenderent certamine cõcordi animo ad Anapharnem patruum ſuum veluti ad domeſticum iudicem dilato in ipſo litis tempore & munera inuicem miſerint, & iucunda inter ſe conuiuia habuerint. Huc pertinet ſententia Benſyræ Rabbi. *Mẽſa parata* ſeu poſita *cõtentio tollitur.* v. in loco de iuſtitia q. 2.

21. Quid ſentis de exceſſu conuiuiorum, ſeu immoderata eorum cupiditate, promanante non ex ſtudio charitatis ſed ex ſuperbia & inexplebili cupiditate voluptatum?

Seneca ait: *Conuiuiorum & veſtium luxuria ſunt indicia ægra imo moritura ciuitatis.*

22. Cur antiqui in symposijs caput sertis redimiti discubuerunt?

Vt capitis doloribus, quod merum largius præsertim haustum perspicue petere solet, salutariter occurrerent fascijs id & quolibet ligamentorum genere circumligare consueuerunt. Athenæus in cœnis sophistarum. Postea autem necessitati huiusmodi & vtilitati ornatus est additus. Corollæ igitur in symposiorum licentia introductæ fuerunt, nectebant autem serta ex omnibus partim herbis floribusq́; præterquam ex apio, quia hoc luctui magis quam hilaritati conuenit.

23. Cur apud antiquos non licebat de mensa decidentia tollere?

Vt modeste in symposijs minimeq́; petulanter conuiuæ discumbere condiscerent.

24. Cur nocturna conuiuia sunt salubriora?

Quia luna ad esculentorum concoctiones maxime facit, cum humida faciat putrescere. hinc ligna quæ ad lumen cæduntur facilius putrescunt.

25. Quid

25. Quid Lucrātur ij qui inani ducti seu potius seducti gloria seu opulentia sua ostentanda caussa splendida instituunt conuiuia?

Dum nimis stulte opes suas ostentant, illas simul profundunt& dissipant, quibus amissis omniū ludibrio & risui exponuntur. Tantum in conuiuiorum festis decoquunt ac prodigunt vt diebus deinde profesti esuriales, vt Plauti verbis vtar, ferias agere cogantur, & ad æris alieni ac paupertatis scopulos detrudantur. Adhæc in luxuriosis profligatisque istis conuiuijs homines vino ciboq; nimium onerati ac proinde mentis impotes mutuis se plerumq; conuitijs mordent atq; comedunt (Gal. 5.) imo sæpe Baccho & cerere, ceu pessimis consultoribus, impulsi, in mutua verbera, corporis mutilationes, vulnera & cædes prosiliunt atq; prorumpunt.

26. Cur veteres prandebant & cœnabant patentibus ianuis?

Vt oculis ciuium testibus factis, luxuriæ modus fieret.

27. Quo-

27. *Quomodo poeta reddidit illud Salomonis Prou. 15. Melius est conuiuium oleris vbi est dilectio, quam bouis saginati in quo est odium?*

Si dat holuscula mensa minuscula pace repleta
Neu pete grandia lautaq; prandia lite referta.

28. *Cur de iis qui nulla adhibita precatione ad epulas accedunt dicunt Germani*, zum Tisch wie die Saw zum Trog?

Quia porcus Deo nõ supplicat nec gratias agit etsi auidissime escã quærat. Chrysippus ait ei animam datam pro sale ne putrescat.

29. *Estne decorum in conuiuio mæstum sedere?*

Est subrusticum & præter decorum, quia enim ingenuæ voluptatis & lætitiæ caussa ineuntur conuiuia, decet nos quando manus lotas mantili abstergimus simul quoque omnem abstergere & excludere ex animis ægritudinem, & tradere curas in mare creticum portare ventis. Iac. Pontanus vol. 2. progymnas. 28.

30. *Quo-*

30. *Quomodo reficienda sunt nostra corpora?*

Citra satietatem. nunquam enim prodest valetudini, aiunt medici, appetitum explere penitus. Plut. monet cauendum, ne, sicut mali naucleri posteaquam ob auiditatem multum oneris in nauim coniecerunt deinde perpetuo labore sentinam exhauriunt aquamque marinam eijciunt: ita nos quoque simul atque corpus expleuerimus & onerauerimus tum rursum repurgemus & clysteribus exoneremus, sed leue & expeditum seruare conueniet, &c.

31. *Quot ex rebus constat honestum absolutumq; conuiuium?*

Ex quatuor, Si belli homunculi collecti sunt, si lectus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Plato 1. & 2. de leg.

32. *Cur non conuenit esse multos conuiuas?*

Quia turba est plerumque turbulenta. vel vbi multitudo ibi tumultum ac turbas existere claret.

33. Quid

33. *Quid sentis de ijs qui alienis viuunt mensis?*

Queis vel nuda domi rodere crusta licet.

Hi bona summa putant aliena viuere quadra,
Scire volunt secreta domus, atq; inde timeri.

34. *Poteſtne ex auriculis & caudis suillis epulum fieri?*

Monachus de ordine Cistercienſium nomine Theodoricus, cui Carolus IV. Imp. præfecturam commiserat, ipſum imperatorem auricularum ac caudarum suillarum appositione excepit non absq; singulari ipsius imp. applausu. Rex hominem arci (ait Crantz. in metrop.) præfecit, & transiens experiri constituit quid faceret ille arcis suæ præfectus, & si ex tempore consulere posset necessitati. Nihil ante præmonito superuenit, cum regio comitatu, iubet apparare mensam ille subitum accepit consilium. Mittit qui ad proximam villam cogant omnes sues, quarum aures caudasq; præcisas iubebat introferri. paruum erat detrimentum villanis. acce-

ptas

ptas aures cũ caudulis mox iubet coquum vario genere impiperare, & quanto potuit celerius ac promptius Regi ad mẽsam importari. Delectatus Rex hominis ingenio cum vrbanitate (nam ex ridicula re pauit tum regem tũ familiam) eum deinde maioribus rebus prȩfecit. vbi iam aliquot annos rem omnem ex dignitate gesserat suum peculium non mediocriter adauxit. Nõ potuit inuidiam euadere virtus. inuenti sunt qui calũniarentur apud Regẽ quod administrationem regiam non satis ex fide ageret. Rex hominem iubet adesse, cunctis eius calumniatoribus in conspectu Regis astantibus. Præfinit illi diem Rex quo de sua administratione calculum ponat. ille respondit: *Quod serenissime Rex pręcipis in diem fieri, possum etiam hoc momento expedire.* Exspectabat Rex quid faceret, iussitque quando vellet poneret rationem. Nihil moratus Theodoricus, ait, *En breuis est calculus. ad te veni, Rex, simplici religionis habitu & pauculis in loculo denarijs, quæ si mihi permiseris omnia reliqua quæ teneo tua sunt, tibi Rex habeto.* Exhilaratus Carolus, hominisq; facetia

simul & facilitate delectatus ait circũstantibus: *Quis ex vobis est qui talem mihi suarum administrationũ faciet rationem?* illi verecundati deiectis in terram vultibus siluerunt. Ea de re charior cœpit esse Regi, primum ad Episcopatum Mindẽsem, deinde etiam Magdeburgensem prouectus.

35. Cur mulier quæ contra viri voluntatem vel eo ignorante extraneorum conuiuia petit repudiari potest?

Quia conuiuia sunt Veneris præludia. Accurs. in l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. l. consensu C. de repud.

36. Cur apud Lacedæmonios & Romanos prandia & cœnæ in propatulo fiebant?

Ne quis splendidius altero vesceretur. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 17. scribit legibus Romanorum præceptum fuisse vt patentibus ianuis pransitaretur & cœnitaretur, sic vt oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus fieret.

37. Quomodo hyberno tempore etiam rustici & opifices semel duntaxat singulis diebus comedunt?

Hyeme

Hyeme ante& post lucem vescuntur ad candelam, vescuntur & meridie.

38. Debet ne in conuiuio esse tristem?

Oportet in mensa omnia esse lęta, neq; iniuria est vino, lætitię honesto incentiuo, facienda. Seueritas est retinenda in foro, tristitia in funere, cunctatio in capiendo consilio, supercilium in Senatu.

39. Quæ est anima conuiuiorum?

Vinum.

40. Cur lauantur manus post mensam?

Lotio post mensam tibi confert munera bina,
Mundificat palmas & lumina reddit acuta.
Si fore vis sanus ablue sæpe manus.

Expedit etiam (ex causis diuersis) valde, os post mensam abluere. & dentes fricare.

41. Quid faciendum ante tibi sumptionem.

Tu nunquam comedas stomachum ni noueris esse
Purgatum, vacuumq; cibo, quem sumpseris, esse.
Ex desiderio id poteris cognoscere certo.
Hæc sunt signa tibi subtilis in ore saliua, &c.

42. Quæ ratio comedendi seruāda in singulis quatuor anni temporibus?

Temporibus veris *modicum prandere iuberis,*
Sed calor æstatis *dapibus nocet immoderatis*

Autumni *fructus caueas, ne sint tibi luctus*
De mensa sume quantum vis tempore brumæ.

43. *Quæ dicitur apud Terent. in Phorm. cœna dubia?*

Quę ita erat opipara ac omni epularum genere referta vt conuiua merito dubitaret cuinam rei primum admouere manum deberet.

44. *Cur nemini licet inuocatum se in conuiuium ingerere?*

Nihil enim magis est ſordidum quàm alienos cibos inſtar canum aut muſcarum ſectari, ſeu cænipetam & menſarum aſſeclam eſſe quo morbo laborabant Miconij. Deinde tales ſunt ingrati quia ſæpè colloquia impediunt, faciunt vt familia præter obſoniorum fumum nihil habeat. interdum tamen licet non vocatum venire, & hunc quaſi honorem habere conuiuatori, modo cogitetur à qua quis vmbra ducatur, qua occaſione ducatur, ſolus ne an cum paucis ducatur, ad quem ducatur, & vtrum pari par referre queat. (Athen. lib. 1. Plut. lib. 7. qq. conuiu. probl. 6. & 7.) Romanis pro-

probroſum cenſebatur alienis veſci cibis, proinde ferebant ſinguli quod eſſent ac biberent, ne dicerentur ἀλλοτριοφάγοι.

45. Cur inuitatus ad conuiuium neq; nimis celeriter neq; tardius quam decet accedere debet?

Nimis enim celeriter qui veniunt moleſtia cõuiuatorem afficiunt, & oſtendunt triſti domicœnio ſeſe laborare. Qui vero tardius accedũt indicãt ſuam cupiditatem, quòd licet domi ſint occupati, tamen foris cœnare non dubitent. & ſunt conuiuis alijs moleſti qui coguntur exſpectare, & conuiuia producere in cõcubiam noctem. Tandem ſibiipſis quoq; nocent, cum minus commode ſedere coguntur. Polycharmus Athenienſis dicebat ſe nunquam vocatum ad conuiuium ſero veniſſe. Plut. ib.

46. Cur ad conuiuium accedens non debet vocaliter ianuam pulſare?

Hoc enim ſubruſticum & inciuile eſt, & famelicum indicat ventrem.

47. Quid cogitabit poſtremo loco collocatus?

Non hominem loco ſed locum homi-

ne cohonestari, & puluinum honestiorem ac turpiorem neminem reddere. Plut. in conu. 7. sap. & li. 1. conu. prob. 2. & 3.

48. Cur colloquia in conuiuijs debent esse epitrapezia, conuiuijs accommodata?

Propter sermonis enim oblectationem conuiuijs maximè homines delectantur & vt cibo corpora, ita animi colloquijs pascuntur. Atq; hinc libri sunt scripti Sermonum conuiualium à Plutarcho, à Platone, à Macrobio, à Xenophonte, ab Athenæo, à Francisco Philelpho, à Crastero. Stultè autem faciunt qui de fidei Christianæ mysterijs contentiosissime & clamosissimè disputant cum se cibo & potu referserunt. v. Gell. lib. 18. c. 2.

49. Cur peccant qui in conuiuijs pisce magis muti, aut statua taciturniores sedent?

Quia alijs inter se colloquentibus vtraque maxilla laborare est signum voracitatis, aut odij, aut superbiæ, aut inscitiæ. Macrob. *Verba non minus hilarant conuiuium quam dulcedo vini.*

50. Cur

50. *Cur delinquunt & admodum garruli, & littore loquaciores qui à Græcis τραπεζορήτορες ad mensam oratores dicuntur?*

Quia tales ſunt ingrati (cum nullus cibus aut potus tam ſit inſuauis quàm ſermo intempeſtiuus) & ipſis fides derogatur, quia plerumque multa qui loquuntur multa mentiuntur. Chryſoſtomus homil. 52. in Matth. ait: lingua noſtra regius equus eſt, ſi ei frenum immiſeris & gradarium feceris tua doctrina aſcendet in eum Rex & quieſcet in eo, ſin vero nullo freno domueris, vehiculum diaboli efficies.

51. *De quibuſnam rebus in conuiuijs ſermones ſunt inſtituendi?*

Non de ijs quæ rixas & contentiones poſſunt mouere, & pomum ἔριδος fiunt, aut de ijs quæ aliorum nocent famæ & exiſtimationi. muliercularum non virorum eſt aliorum vitia in cõuiuijs perſtringere. Sermones habendi non de tortuoſis materijs & anxijs, ſed de rebus iucundis & cũ voluptate vtilibus, ex quibus ingenium

noſtrum venuſtius & amœnius redditur. Cauendum eſt ne nimis magnum ſtudium multamq́; operam in res obſcuras atque difficiles eaſdemq́; non neceſſarías conſeramus. Cic. 1. de off.

52. Cur non licet in conuiuijs vſq; ad plaudite hærere?

Ne dum conuiuator dicit Sedete,)(putet, ſed ite, & obijciatur illud prouerbium: hercules hoſpitator, qui enim Herculem exceperunt conuiuio, diu fuerunt exſpectare coacti donec ille ſatur fieret, quia vno ſæpe in conuiuio integros boues comedit. Athen. 10. Var. Certe nimis diu qui hęrent, temulentiam & voracitatem ſuam produnt, & ingrati conuiuatoribus fiunt.

53. Quid ſignificat ab ouo vſq; ad mala?

Ab initio conuiuij vſq; ad finem, antiquitus enim cœnam auſpicabãtur ab ouis, finiebant pomis. Horat. lib. 1. ſer. ſat. 3.

54. Quomodo & canes conuiuis poſſunt inſeruire?

Alb. Magnus li. 8. de animal. tract. 6. c. 1. ſcribit

ſcribit canem edoctum in menſa conuiuis lumē brachijs ſtabili veſtigio tenuiſſe donec perdurarent epulæ.

55. Quo loco habendi ſunt in conuiuijs nil niſi inſulſas facetias proponentes?

Docet id Simon Maiolus in parte 2. dierum canic. colloquio de Sagis pag. mea 582. cum ait: Rotenburgi ad Tuberum honeſti viri ędes frequētare ſolebat quidam, & veſtium ſplendore & diuitiarum iactatione, nobilitate illuſtrem ſeſe virum profeſſus, duos ſibi iunctos habebat comites veſtitu non minus precioſo indutos. Adducebat tibicinem vna cum fidicine, conuiuia choreaſq; inſtituebat, ſub prętexu illius patrisfamilias ducendi honeſtam filiam. Se nobili ſtirpe natum eſſe affirmabat, diuitias immenſas, arces, prædia, oppidula in longinquis terris ſibi eſſe plurima, nec quicquam eorū quæ in hoc mundo optari aut deſiderari poſſint ſibi deeſſe præter vxorem decoris ornatam moribus. Diſplicuit patrifamilias hoſpitis eiuſq; ſociorum importunitas. Quæ res eum mouit vt hoſpitibus

spiritibus illis aduentantibus illius loci verbi diuini ministrum quoque ad cœnam vocaret, vt pia cum eo ex verbo Dei inter cœnãdum misceret colloquia. vehementer hospitem eiusque socios ista colloquia offenderunt. Quare aliam dicendi materiam, quærentes, multas, inquiunt, facetias esse quæ potius conuiuis exhilarandis inseruiant quam diuini verbi interpretationem, se rogare ne eis vlterius sacra scripturâ tædium & molestias creare velint. Ex quibus facile cognouit paterfamilias diabolicum conuiuarum istorum ingenium, & iam satis aduersus diaboli insidias confirmatus, *Apagite*, inquit, *vos scelerati nebulones, nihil vobis commercij est mecum & cum meis, baptizati nos sumus & pretioso Christi sanguine redempti, is quoque nos aduersus diabolicas vestras insidias tutabitur.* His dictis magno protinus cum strepitu impostor ille tartareus cum suis socijs euanuit, relicto post se fœtore teterrimo, triumq; suspensorum hominum cadaueribus.

55. Cur in cõuiuijs lingua prudẽter est regenda?

In conuiuio *lingua*, ne lubrico libertatis

pec cet

peccet aut cõtinenda est aut prudenter admodum regenda, ideoq́; Chilon Lacedæmonius (Laërt. 1. c. 4.) cũ alias semper tum præcipue in conuiuio linguam præcipiebat continendam, quod illic cibus & potus inuitet ad intẽperantiam. Recte enim ait Sen. ep. 84. *Onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita ne secretum quidem, quod suum alienumq́; est pariter effundunt.*

Vt merito Archidamus accusanti Rhetorem quendam quod admissus ad conuiuium nihil dixerat, responderit, *An ignoras eum qui dicendi peritus sit dicendi quoq; tempus cognoscere?* Scit enim ille in cõuiuio dicendi tempus non esse. Nam teste S. Ambr. de Elia & Ieiun. c. 17. *Pleriq; vino vtũtur vt equuleo, & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo, vt patriæ statum, salutem ciuium, defensionis suæ prodant consilia. Quis inter cyathos texit quod latere cupiebat?*

M. Crassus bello contra Dacos & Bastarnas, admisis eorum legatis eos retinuit postridie responsurus, liberaliterq́ue admodum tractauit, vinoq́; inebriauit, quo

factum est vt omnia eorum consilia detexerit. Dio. li. 51. *Bonosus* etiam imp. quoties Barbarorum legati vndecumque gentium ad eum venissent propinato vino ebrios eos reddebat, itaque ab his per vinum quæ vellet cognoscebat, Vopiscus. ideo Zeno Atheniensis ad cœnam à quibusdam legatis inuitatus non tantum à nimio vsu vini abstinuit, verum etiam ipso tempore cœnæ conticuit, quibus mirantibus atq; sciscitantibus ecquid Principi suo de ipso referrent, respondisse fertur, *Vidisse Athenis* senem qui inter pocula nosset tacere. indicans necessariam esse in fœcũdis calicibus taciturnitatem, qui, vt Horat. inquit, neminem nõ fecere disertum. Liber seu Bacchus dicitur à labendo quod lubrica mens ebrij quo lubet prolabatur, inquit Varro v. q. 3.

57. *Qui ergo sermones in conuiuijs adhibendi sunt?*

Cyrus Rex teste Xenoph. eam semper diligentiam adhibebat vt in mensa ij sermones vsurparentur qui iucundissimi essent quiq; ad bonas laudabilesq; actiones incitarent.

rent. Nõ ergo turpes mimorum & histrionum sermones admittebat, Et vero audiuissetne in cœna quos excludebat à scena? in conuiuijs *Sertorij* Romani nec videri quidquam turpe nec audiri poterat, mandarat enim suis vt ab omni maledicto & scurrilitate abstinerent, & certarent inter se placidis salibus facetijsq; iocis. Plut.

Tiberius Cæsar cum è turba hominum laxamenti caussa se amoueret, liberalibus studijs præditos adsciscebat quorum sermonibus leuaretur. *Tac. 4. ann.* *Alexander Seuerus* cum inter suos conuiuaretur aut Vlpianum aut alios doctos adhibebat, vt haberet fabulas litteratas (litterata colloquia) quibus se recreari dicebat & pasci. *Lampr.*

Alphonsus Aragonum Rex aperte fatetur T. Liuij historiam longe sibi esse iucundiorem suauioremque, atque eruditorum virorum sermones magis placere quam peritissimorum musicorum harmoniam. Panorm. lib. 1. c. 16.

Paulus III. Pont. Curarum leuationem non ex blateronum & morionum nænijs

simul & facilitate delectatus ait circúſtantibus: *Quis ex vobis eſt qui talem mihi ſuarum adminiſtrationũ faciet rationem?* illi verecundati deiectis in terram vultibus ſiluerunt. Ea de re charior cœpit eſſe Regi, primum ad Episcopatum Mindẽſem, deinde etiam Magdeburgenſem prouectus.

35. Cur mulier quæ contra viri voluntatem vel eo ignorante extraneorum conuiuia petit repudiari poteſt?

Quia conuiuia ſunt Veneris præludia. Accurſ. in l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. l. conſenſu C. de repud.

36. Cur apud Lacedamonios & Romanos prandia & cœna in propatulo fiebant?

Ne quis ſplendidius altero veſceretur. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 17. ſcribit legibus Romanorum præceptum fuiſſe vt patentibus ianuis pranſitaretur & cœnitaretur, ſic vt oculis ciuium teſtibus factis luxuriæ modus fieret.

37. Quomodo hyberno tempore etiam ruſtici & opifices ſemel duntaxat ſingulis diebus comedunt?

Hyeme

Hyeme ante & post lucem vescuntur ad candelam, vescuntur & meridie.

38. Debet ne in conuiuio esse tristem?

Oportet in mensa omnia esse lęta, neq; iniuria est vino, lætitię honesto incentiuo, facienda. Seueritas est retinenda in foro, tristitia in funere, cunctatio in capiendo consilio, supercilium in Senatu.

39. Quæ est anima conuiuiorum?

Vinum.

40 Cur lauantur manus post mensam?

Lotio post mensam tibi confert munera bina,
Mundificat palmas & lumina reddit acuta.
Si fore vis sanus ablue sæpe manus.

Expedit etiam (ex causis diuersis) valde, os post mensam abluere. & dentes fricare.

41. Quid faciendum ante cibi sumptionem.

Tu nunquam comedas stomachum ni noueris esse
Purgatum, vacuumq; cibo, quem sumpseris, esse.
Ex desiderio id poteris cognoscere certo.
Hæc sunt signa tibi subtilis in ore saliua, &c.

42. Quæ ratio comedendi seruāda in singulis quatuor anni temporibus?

Temporibus veris *modicum prandere iuberis,*
Sed calor æstatis *dapibus nocet immoderatis*

Autumni fructus caueas, ne sint tibi luctus
De mensa sume quantum vis tempore brumæ.

43. *Quæ dicitur apud Terent. in Phorm. cœna dubia?*

Quę ita erat opipara ac omni epularum genere referta vt conuiua merito dubitaret cuinam rei primum admouere manum deberet.

44. *Cur nemini licet inuocatum se in conuiuium ingerere?*

Nihil enim magis est sordidum quàm alienos cibos instar canum aut muscarum sectari, seu cænipetam & mensarum assèclam esse quo morbo laborabant Miconij. Deinde tales sunt ingrati quia sæpè colloquia impediunt, faciunt vt familia præter obsoniorum fumum nihil habeat. interdum tamen licet non vocatum venire, & hunc quasi honorem habere conuiuatori, modo cogitetur à qua quis vmbra ducatur, qua occasione ducatur, solus ne an cum paucis ducatur, ad quem ducatur, & vtrum pari par referre queat. (Athen. lib. 1. Plut. lib. 7. qq. conuiu. probl. 6. & 7) Romanis pro-

probrosum censebatur alienis vesci cibis, proinde ferebant singuli quod essent ac biberent, ne dicerentur ἀλλοτριοφάγοι.

45. Cur inuitatus ad conuiuium neq; nimis celeriter neq; tardius quam decet accedere debet?

Nimis enim celeriter qui veniunt molestia cõuiuatorem afficiunt, & ostendunt tristi domicœnio sese laborare. Qui vero tardius accedũt indicãt suam cupiditatem, quòd licet domi sint occupati, tamen foris cœnare non dubitent. & sunt conuiuis alijs molesti qui coguntur exspectare, & conuiuia producere in cõcubiam noctem. Tandem sibiipsis quoq; nocent, cum minus commode sedere coguntur. Polycharmus Atheniensis dicebat se nunquam vocatum ad conuiuium sero venisse. Plut. ib.

46. Cur ad conuiuium accedens non debet vocaliter ianuam pulsare?

Hoc enim subrusticum & inciuile est, & famelicum indicat ventrem.

47. Quid cogitabit postremo loco collocatus?

Non hominem loco sed locum homi-

ne cohonestari,& puluinum honestiorem ac turpiorem neminem reddere. Plut.in conu.7.sap.& li.1.conu.prob.2.& 3.

48. Cur colloquia in conuiuijs debent esse epitrapezia, conuiuijs accommodata?

Propter sermonis enim oblectationem conuiuijs maximè homines delectantur & vt cibo corpora, ita animi colloquijs pascuntur. Atq; hinc libri sunt scripti Sermonum conuiualium à Plutarcho, à Platone, à Macrobio, à Xenophonte, ab Athenæo, à Francisco Philelpho, à Crastero. Stultæ autem faciunt qui de fidei Christianæ mysterijs contentiosissime & clamosissimè disputant cum se cibo & potu referserunt. v. Gell. lib. 18. c. 2.

49. Cur peccant qui in conuiuijs pisce magis muti, aut statua taciturniores sedent?

Quia alijs inter se colloquentibus vtraque maxilla laborare est signum voracitatis, aut odij, aut superbiæ, aut inscitiæ. Macrob. *Verba non minus hilarant conuiuium quam dulcedo vini.*

50. Cur

50. Cur delinquunt & admodum garruli, & littore loquaciores qui à Græcis τραπεζορήτορες ad mensam oratores dicuntur?

Quia tales sunt ingrati (cum nullus cibus aut potus tam sit insuauis quàm sermo intempestiuus) & ipsis fides derogatur, quia plerumque multa qui loquuntur multa mentiuntur. Chrysostomus homil. 52. in Matth. ait: lingua nostra regius equus est, si ei frenum immiseris & gradarium feceris tua doctrina ascendet in eum Rex & quiescet in eo, sin vero nullo freno domueris, vehiculum diaboli efficies.

51. De quibusnam rebus in conuiuijs sermones sunt instituendi?

Non de ijs quæ rixas & contentiones possunt mouere, & pomum ἔριδος fiunt, aut de ijs quæ aliorum nocent famæ & existimationi. muliercularum non virorum est aliorum vitia in cōuiuijs perstringere. Sermones habendi non de tortuosis materijs & anxijs, sed de rebus iucundis & cũ voluptate vtilibus, ex quibus ingenium

nostrum venustius & amœnius redditur. Cauendum est ne nimis magnum studium multamq́; operam in res obscuras atque difficiles easdemq́; non necessarías conferamus. Cic. 1. de off.

52. Cur non licet in conuiuijs vsq; ad plaudite hærere?

Ne dum conuiuator dicit Sedete,)(putet, sed ite, & obijciatur illud prouerbium: hercules hospitator, qui enim Herculem exceperunt conuiuio, diu fuerunt exspectare coacti donec ille satur fieret, quia vno sæpe in conuiuio integros boues comedit. Athen. 10. Var. Certe nimis diu qui hærent, temulentiam & voracitatem suam produnt, & ingrati conuiuatoribus fiunt.

53. Quid significat ab ouo vsq; ad mala?

Ab initio conuiuij vsq; ad finem, antiquitus enim cœnam auspicabãtur ab ouis, finiebant pomis. Horat. lib. 1. ser. sat. 3.

54. Quomodo & canes conuiuiis possunt inseruire?

Alb. Magnus li. 8. de animal. tract. 6. c. 1. scribit

ſcribit canem edoctum in menſa conuiuis lumē brachijs ſtabili veſtigio tenuiſſe donec perdurarent epulæ.

55. Quo loco habendi ſunt in conuiuijs nil niſi inſulſas facetias proponentes?

Docet id Simon Maiolus in parte 2. dierum canic. colloquio de Sagis pag. mea 582. cum ait: Rotenburgi ad Tuberum honeſti viri ędes frequētare ſolebat quidam, & veſtium ſplendore & diuitiarum iactatione, nobilitate illuſtrem ſeſe virum profeſſus, duos ſibi iunctos habebat comites veſtitu non minus precioſo indutos. Adducebat tibicinem vna cum fidicine, conuiuia choreaſq; inſtituebat, ſub prętexu illius patrisfamilias ducendi honeſtam filiam. Se nobili ſtirpe natum eſſe affirmabat, diuitias immenſas, arces, prædia, oppidula in longinquis terris ſibi eſſe plurima, nec quicquam eorū quæ in hoc mundo optari aut deſiderari poſſint ſibi deeſſe præter vxorem decoris ornatam moribus. Diſplicuit patrifamilias hoſpitis eiuſq; ſociorum importunitas. Quæ res eum mouit vt ho-

 ſpitibus

spitibus illis aduentantibus illius loci verbi diuini ministrum quoque ad cœnam vocaret, vt pia cum eo ex verbo Dei inter cœnãdum misceret colloquia. vehementer hospitem eiusque socios ista colloquia offenderunt. Quare aliam dicendi materiam, quærentes, multas, inquiunt, facetias esse quæ potius conuiuis exhilarandis inseruiant quam diuini verbi interpretationem, se rogare ne eis vlterius sacra scripturâ tædium & molestias creare velint. Ex quibus facile cognouit paterfamilias diabolicum conuiuarum istorum ingenium, & iam satis aduersus diaboli insidias confirmatus, *Apagite*, inquit, *vos scelerati nebulones, nihil vobis commercij est mecum & cum meis, baptizati nos sumus & pretioso Christi sanguine redempti, is quoque nos aduersus diabolicas vestras insidias tutabitur.* His dictis magno protinus cum strepitu impostor ille tartareus cum suis socijs euanuit, relicto post se fœtore teterrimo, triumq; suspensorum hominum cadaueribus.

55. Cur in cõuiuijs lingua prudẽter est regenda?

In conuiuio *lingua*, ne lubrico libertatis

peccet aut cōtinenda eſt aut prudenter admodum regenda, ideoq́; Chilon Lacedæmonius (Laërt, 1. c. 4.) cū alias ſemper tum præcipue in conuiuio linguam præcipiebat continendam, quod illic cibus & potus inuitet ad intēperantiam. Recte enim ait Sen. ep. 84. *Onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita ne ſecretum quidem, quod ſuum alienumq́; eſt pariter effundunt.*

Vt merito Archidamus accuſanti Rhetorem quendam quod admiſſus ad conuiuium nihil dixerat, reſponderit, *An ignoras eum qui dicendi peritus ſit dicendi quoq; tempus cognoſcere?* Scit enim ille in cōuiuio dicendi tempus non eſſe. Nam teſte S. Ambr. de Elia & Ieiun. c. 17. *Plerique vino vtūtur vt equuleo, & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo, vt patriæ ſtatum, ſalutem ciuium, defenſionis ſuæ prodant conſilia. Quis inter cyathos texit quod latere cupiebat?*

M. Craſſus bello contra Dacos & Baſtarnas, admiſis eorum legatis eos retinuit poſtridie reſponſurus, liberaliterque admodum tractauit, vinoq́; inebriauit, quo

rent. Nō ergo turpes mimorum & hiſtrionum ſermones admittebat, Et vero audiuiſſetne in cœna quos excludebat à ſcena? in conuiuijs *Sertorij* Romani nec videri quidquam turpe nec audiri poterat, mandarat enim ſuis vt ab omni maledicto & ſcurrilitate abſtinerent, & certarent inter ſe placidis ſalibus facetiisq; iocis. Plut.

Tiberius Cæſar cum è turba hominum laxamenti cauſſa ſe amoueret, liberalibus ſtudijs præditos adſciſcebat quorum ſermonibus leuaretur. *Tac. 4. ann.* *Alexander Seuerus* cum inter ſuos conuiuaretur aut Vlpianum aut alios doctos adhibebat, vt haberet fabulas litteratas (litterata colloquia) quibus ſe recreari dicebat & paſci. *Lampr.*

Alphonſus Aragonum Rex aperte fatetur T. Liuij hiſtoriam longe ſibi eſſe iucundiorem ſuauioremque, atque eruditorum virorum ſermones magis placere quam peritiſſimorum muſicorum harmoniam. Panorm. lib. 1, c. 16.

Paulus III. Pont. Curarum leuationem non ex blateronum & morionum nænijs

tempore prandij capiebat, ſed ex honeſtis ſermonibus atq; facetijs virorum eruditorum quib⁹ apprimè delectabatur. *A. Scotus in 4. ann. Tac.* Dapes honeſtis iucundiſq́ue ſermonibus ſunt condiendæ, ſeu aures inſigni aliqua facetaq́; hiſtoria demulcendę. Hoc enim ſuadebat M. Varro apud Gell. li. 13. c. 11. Nec loquaces, inquit, conuiuas, nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro & apud ſubſellia, ſilentium vero non in conuiuio ſed in cubiculo eſſe debet. Sermones igitur id temporis habendos cenſet non ſuper rebus anxijs, ſed iucundos atque inuitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate vtiles, ex quibus ingenium noſtrũ venuſtius fiat & amœnius. v. Cic. ep. 22. illuſeras, &c. li. 7.

Etſi *Dionyſius Syracuſanus* ad ſęuitiam natus videretur, apprime tamen conſortio Ariſtippi afficiebatur, quod vir ille & facetus eſſet, & loco ac tempori optime inſeruire ſciret, iociſq́ue atque ſalibus animum eius oblectaret. Plut.

Auguſtus cæſar cœnam præbebat vt non nimio ſumptu ita ſumma comitate. Nam

& ad

& ad communionem ſermonis tacentes vel ſubmiſſim fabulantes prouocabat,&c. Suet. Etiam *Nero* conſueuit ſapientiæ doctoribus poſt epulas tempus impertire. *Tac.annal.14.* Litteratæ ergo epulæ potius quam adipatæ ſaliareſq; ſunt ſectandæ.

58. Licet ne inter pocula philoſophari?

Habet in conuiuijs locum philoſophia, ſi conuiuarum ratio habeatur, nec vulpis & gruis fiat conuiuium, deinde ſi deligatur materia non profunda, nodoſa, difficilis ſed ſimul & facilis & iucunda. Nam inter edendum intenſa cogitatio non eſt adhibenda. Poteſt honeſta hæc matrona, philoſophia, ſe immiſcere Libero vt adſint quoque eius alumnæ, honeſtas, modeſtia, ſobrietas, imo veluti lumen tollit è conuiuijs philoſophiam qui tollit. Nullus locus, nullum tempus inidoneum eſt ad conferendum de rebus vtilibus. Et cur Muſæ non poſſent intereſſe conuiuijs?

Plurimum vero delectant ioci & facetię parcè & caute adhibitę. Cteſibius quidam inter-

interrogatus quid ex philosophia illi superesset? respondit vt possit sine symbolo & gratis cœnare propter facetias. Eruditam cœnam describit Horat. sat. 6. li. 2.

59. Cur Spartani sua conuiuia appellabant Phiditia?

A Parsimonia, ἀπὸ φείδομαι, à parco, seu ἀπὸ τῆς φιλίας ab amicitia, cuius conciliandę confirmandęq; caussa videbantur instituta, quasi φιλίτια.

60. Cur Philoxenum & Gnathonem (gulæ proceres) infamant litteræ?

Quia hi extremi ac perditi gulones cõuiuijs adhibiti emungere se in pultarijs soliti sunt, vt abstinentibus cæteris soli epulis ampliter fruerentur.

61. Rectene in Persarum conuiuijs fœminæ viris assidebant?

Rectius apud Macedones à viris seiungebantur.

62. Quæ est necessaria materia conuiuij?

Bacchi cererisq; fructus. Epulas autem

decet

decet magis iucundo ſermone quam coquorum artificio condire. Nam

Splendida non faciunt conuiuia, pocula plena,
Prandia nec varijs luxurioſa cibis,
Sed quæ ſunt doctis ſermonibus aucta, facetis
Hoſpitibus, dignis condecorata iocis. v. de ebrietate, & de vino.

63. Quis ordo obſeruatur in conuiuio quod vocant Neli?

Quia in principio altum eſt ſilentium, licet recordari horum verborum S. ſcripturæ:

Non ſunt ſermones neq; loquela –

Poſt illorũ. *Exiuit ſermo inter fratres.*

Loquebantur varijs linguis

Ad extremum horum. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.*

64. Quæ dicitur cœna aduentitia & exceptitia?

Quæ aduentanti Principi aut amico apparari ſolebat.

65. Quæ cœna ſine ſanguine?

Tenuis ac vilibus dapibus inſtructa, ob quam

quam ornandam nullę cæſæ ſunt animantes. Plautus vocat cœnam terreſtrem. Victorius var. lect. lib. 7. c. 16.

CAPVT XVI.

DE DEO EIVSQVE CVLTV.

1. Quid hoc eſt quod ciues in vrbibus, quod Coloni in pagis omni tempore? quod nobiles, comites, principes in aulis raro? quod Deus nunquam vllibi cernere poteſt?

CIues ac ruſtici quotidie intuentur, magnates raro cernunt, ſui ſimiles, at ſolus Deus vt ſui ſimilem non habet, ſic alium ſui ſimilem nullo vſquam loco aut tempore cernere poteſt. Exo. 15. v. 11. Quis ſimilis tui? Pſal. 112. v. 5. Quis ſicut Dominus Deus noſter?

2. Quod eſt omnium antiquißimum?

Thales Mileſius reſpondet, *Deus*, quia nunquam eſſe cœpit. Laërt. lib. 1. De Dei nomine nota illud.

Quinq; ſimul iunctis conſtat vocalibus vna
Dictio, & eſt magno maius in orbe nihil.

Iehouah i e o u a pentagrammaton.

3. Quæ

3. *Qua vrbe ipse Deus habitauit & quasi ciuis inquilinus fuit?*

In S. ciuitate Hierosolyma, vbi ignem & caminum habuit, vt est Esaiæ 31. v. 9. & quotidie ipsi sacrificia offerebantur, vnde etiam ciuitati nomẽ datur Ezech. 48. vult. *Dominus ibidem.*

4. *Cur hoc tempore tam multi sunt Athei, hoc est, eorum qui numinis prouidentiam & animorum immortalitatem tollunt?*

Tendit sensium mundus ad terminum & quo longius procedit eo fit scelerαtior. Nam sicut fraude diaboli in exordio mundi (præsertim post diluuium) genus humanum ex cultu vnius Dei in πολυθεΐαν sensim est deductum: ita eiusdem magistri opera sub finem in alterum extremum, in ἀθεΐαν flectitur. Ante Christum per tria fere annorum millia mundus admirabili superstitione & plurimorũ numinum metu tenebatur cõstrictus: verum Christus Dominus suo aduentu discussis hisce tenebris mundũ superstitionib⁹ & vanorũ numinũ metu liberauit, idololatria sublata & cultu vnius

vnius Dei restituto. itaq; cum diabolus videret difficile fore in tanta luce veritatis idololatriam pessumdatam restituere, omni ope sibi conandum existimauit, vt eum in alterius extremi barathrum (atheismum dico) præcipitaret. P. Lessius in pręf. lib. de prouidentia numinis.

5. Quomodo Deus est omnibus superior & inferior, interior & exterior?

Superior per gubernationem, inferior per sustentationem; interior per penetrationem, exterior per circumdationem, in te, ex te, per te, ad te sunt omnia, & tu supra omnia Deus.

Quid est Deus?

Cum A Simonide poëta tyrannus Hiero quæsisset, Quis aut qualis esset Deus, deliberandi caussa sibi vnum diem postulabat, cum idem ex eo postridie quæreret. biduum petiuit, cum sępius duplicaret numerum dierum, admiransq́; Hiero quęreret cur ita faceret? *Quia quanto*, inquit, *diutius considero tanto mihi videtur res obscurior?*

7. Quos fugit & ad quos venit Deus?

Fugit eos qui ſe erigunt, venit ad eos qui ſe deprimunt, aſcendere ad altum Deum non poſſumus niſi per humilitatem deſcendẽdo. Eſa. vlt. ad quẽ reſpiciam, &c. Certe Sol quo magis eſt in alto hoc minores iacit vmbras, quo terræ propinquior eo maiores: ſic virtus quo eſt excelſior eo minus cupit videri minuſque ſe oſtentat. Plut.

8. Quæ non poteſt Deus facere perfectiora?

1. Beatitudinem ſanctorum, quia illa eſt poſſeſſio Dei. 2. Chriſtum hominem, quia eſt in perſona diuina. 3. Virginem Mariam in ratione matris, quia eſt mater filij Dei. Oſor. die Aſſumpt. Mariæ.

9. Quis nouit Deum, Deo fit ſimilis, & dignus fit Deo?

S. Auguſt. Diuinum hoc, ait, & primum diſcamus præceptum, vt noſcat quiſq; ſeipſum, ſeipſum quippe qui nouit Deum noſcet, qui Deum nouit, Deo fiet ſimilis. Sed Deo fit ſimilis qui Deo dignus fuerit, fit

sit autem dignus Deo, qui nihil cõmittit indignum Deo, sed & cogitat res diuinas, & quæ cogitat loquitur, & quæ loquitur pie facit.

10. Quid seu qualem cultum Deus à nobis exigit?

Dimidium sphæræ, sphęram cum Principe Romæ, hoc est, COR exigit à nobis Deus &c. seu: Da mediam lunam (c) Solem (o) simul & canis iram (R) Pro. 23. v. 26. Esa. 29. v. 24. Deo seruiendum toto corde, hoc est, amore summo, more vero, ore fideli, re omnī.

11. Quodnam est discrimen inter Abelis & Caini, id est, piorum & hypocritarum cultum & sacrificium?

Abel ait: *Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.*

Cain respondet: *Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.*

12. Cur Ægyptij dicebant Deum esse veste cærulea indutum, & manu vna tenere zonam, altera sceptrum, & in capite pennam?

Per vestem cæruleam cuius coloris cælum

ſum eſſe videtur ſignificabant Deum cæli eſſe habitatorem eiuſdemq́; naturam à noſtra vt cælum à terra diſtare: ſceptro ſignificabant ſummam potentiam & regiam dignitatem, zona vel cingulo admirabilem eius prouidentiam qua cælum colligat, & cuncta continet ac regit. Penna in capite ſignificabat Dei celſitatem, ſenſuum & intelligentiæ noſtrę capacitatem ſuperãtem. in ore eius pingebant ouum ab eo productum, vt ſignificarent mundum oualem figuram habentem fuiſſe ore eius creatum.

13. *Quomodo Sigiſmundus 35 German. Imp. lepidè docuit felicem ſucceſſum rerum à Deo contingere?*

Habuit is miniſtrum familiarem multis annis in quem parum fuerat liberalis, accidit vt cũ amnem eſſet ingreſſus equus Imperatoris meieret, quod vbi vidiſſet miniſter qui prope anteceſſit Cæſarem per iocũ inquit, equi eandem eſſe naturã quam & Dominus haberet. Audiens hoc ipſum per occaſionẽ Cæſar, mirabatur iubebatq́; indicari ſibi hoc dictum. Reſpondit miniſter. in amnem vrinã ſpargere equum vbi iam

iam antea aquæ abundarent: sic & erga illos beneficium esse Cæsarem quibus iam antea opes affluerent satis nec haberent illis admodum opus, animaduertit imp. perstringi se modeste quod in ministrum iam veteranum nihil beneficij peculiaris aut eximij contulisset, & subiecit, nunquam quidem sibi bene merendi volútatem defuisse sed Principum dona non illorum esse proprie qui ea merentur sed quibus sunt destinata fato. Et id re comprobaturum se dixit quamprimum otij & quietis occasio tãtisper daretur. Postea otium nactus Cęsar pixides duas parari iussit magnitudinis & formę eiusdem: in vnam aurum, in alteram plumbum ponit, pondere eodem, & ministro aduocato præcepit vt alteram pixidem eligeret. Consternatus minister librando modo hanc, modo alteram pixidem tollit. nesciens vtram debeat potissimum eligere, tandem eam aufert pixidem quę plumbum continebat, quod vbi conspexit Cæsar reclusa pixide aiebat, videri palã nõ suam voluntatem sed ipsius infortuniũ obstitisse hactenus quo minus beneficium sit consecutus.

14. Quo exemplo potest doceri magnam diuini consilij abyssum humano consilio non esse metiendam, seu occulta esse Dei iudicia?

Procopius lib. 1. belli Gottici ait: Samnites pueri cum pastum pecus educerent per lusum, vt assolent, duos inter se deligunt corporis habitudine præstantiores ac specie, quorum alterum Bellisarium vocitant (tum enim is Iustiniani nomine in Italia bello præerat) Vitigem alterum, qui aduersarius erat. Hos igitur colluctari inuicem iubent: in ea colluctatione qui Vitigis nomen fuerat sortitus, in terram victus prolabitur, hunc statim puerilis illa & inconsideratior turba illudendo simul & increpãdo in proximam arborem suspenderunt. Lupo deinde interueniente conspecto exterriti omnes fugam capessunt, qui vero suspensus pendebat à cæteris destitutus in eo cruciatu interijt. Quibus de rebus certiores facti, Samnites, ex his quæ acciderant coniectando asseuerarunt, victorem omnino Bellisarium fore, quod reuera postea sequutum est. Non enim

ſine numine ſeu Dei prouidentia fiunt huiuſmodi.

CAPVT XVII.

DE DIVITIIS, VOMITIBVS fortunæ.

1. Vtrum diuitiæ magis fidæ ſunt an paupertas?

Res bona paupertas, dominũ cum cætera mutent,
Perraro dominum deſerit illa ſuum.
Semper eris pauper, ſi pauper es Æmiliane &c.

2. Quis eſt diues? Mart.

Auſon. *Quis diues? qui nil cupiat, quis pauper? auarus.*

Epictetus hoc quæſitus, reſpõdit, Cui ſatis eſt quod (habet.
Socrates autem quærenti quiſnam ditiſſimus? reſpondit, qui pauciſſimis contentus eſt. Et Democritus rogatus, quomodo quis diues fieri poſſet, reſpondit, Si cupiditatum pauper fuerit. idem Cleanthi tribuit Stobæus. Seneca: Qui deſiderium clauſit cum ipſo Ioue de felicitate cõtendat. Et: Diues eſt nõ qui plus habet, ſed qui minus cupit. Recte Chryſol. *Si vis fieri diues nõ augeas diuitias ſed tolle cupiditatẽ* vera enim

eſt

est inopia cupiditatum copia. Quintil. *Satis est diuitiarũ nihil amplius velle*, v. Parad. 1. Cic.

3. Quæ vitanda sunt diuitias quærenti?

Fœminæ, conuiuia, securitas, lusus, inertia. vulgatum est:

σώματα πολλὰ τρέφειν καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν
ἀτραπός ἐς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

Ædificare domos & pecora (al. corpora) pascere multa,
Ad paupertatem lato dabit ore fenestram (proximus est aditus).

4. Quid sibi vult illud: Timidus semper Plutus, timidæ diuitiæ?

Diuites agere vitam plenam timore & anxietate.

5. Qui facile acquirunt amicos?

Largi, mites, potentes, seu diuites, & affabiles.

6. Quomodo potest quis celerrime fieri diues?

1. *Si paucis sit contentus & imminuat immensam cupiditatem.*
2. *Diuitiæ grandes homini sunt viuere parce.*

Sparmund vnd vbelleb kauffen dẽ wolleb sein Hauß ab.

Cic. in Parad. Nesciunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia.

Clemens Alexan. ὁ σπουδαῖος ὀλιγοδεής, honestus paucis indiget.

Diogenes Cynicus conspicatus in prodigi cuiusdam ędibus inscriptum, venales, seu videns domum epulonis inscriptam pretio venalem. *Sciebam, inquit, fore vt præ immodica crapula domum euomeres.*

7. Quare pallet aurum?

Resp. Diogenes quia nusquam non habet insidiatores.

8. Cur nummi habent formam rotundam?

Quia vagi sunt & odisse solent vnius arculæ seras, varijs possessoribus delectantur. hinc græce dicuntur χρήματα à χράομαι, vtor. Diuitias reputo veras quas exigit vsus.

9. Quid est quo si careas doles, si habeas angeris, si amittas cruciaris?

Pecunia non possessa torquet, possessa curis affligit, amissa doloribus afficit.

10. Quo-

10. Quomodo distant à diuitibus pauperes?

Tranquillitate animi. S. Chrysost. ho. 74. ad pop. demonstrat paupertatem maiorem habere quam diuitias voluptatem securitatemq́;.

11. Quomodo habendæ sunt diuitiæ?

Vt virtutis non luxuriæ administræ sint. Muret. orat. 4.

CAPVT XVIII.

DE DOCTIS ET DOctrina.

1. Quando vir doctus est solus?

CVm inter ignorantes versatur. hinc cum rusticus quidam rogaret ex viro docto qui ita solus viuere posset, respõdit, *Solus esse cœpi eo temporis momento quo tu ad me venisti.* Notum est illud Scipionis: *nunquam se minus solùm esse quàm cũ esset solus:* Ci. 3. de off.

2. Cur docti non debent cõfidere propriæ scientiæ, nec se magnopere iactare?

Quia quo quis est doctior eo plura ei

vnius Dei restituto. itaq; cum diabolus videret difficile fore in tanta luce veritatis idololatriam pessumdatam restituere, omni ope sibi conandum existimauit, vt eum in alterius extremi barathrum (atheismum dico) præcipitaret. P. Lessius in præf. lib. de prouidentia numinis.

5. Quomodo Deus est omnibus superior & inferior, interior & exterior?

Superior per gubernationem, inferior per sustentationem; interior per penetrationem, exterior per circumdationem, in te, ex te, per te, ad te sunt omnia, & tu supra omnia Deus.

Quid est Deus?

Cum A Simonide poëta tyrannus Hiero quæsisset, Quis aut qualis esset Deus, deliberandi caussa sibi vnum diem postulabat, cum idem ex eo postridie quæreret. biduum petiuit, cum sępius duplicaret numerum dierum, admiransq́; Hiero quęreret cur ita faceret? *Quia quanto*, inquit, *diutius considero tanto mihi videtur res obscurior?*

7. Quot

7. Quos fugit & ad quos venit Deus?

Fugit eos qui ſe erigunt, venit ad eos qui ſe deprimunt, aſcendere ad altum Deum non poſſumus niſi per humilitatem deſcendẽdo. Eſa. vlt. ad quẽ reſpiciam, &c. Certe Sol quo magis eſt in alto hoc minores iacit vmbras, quo terræ propinquior eo maiores: ſic virtus quo eſt excelſior eo minus cupit videri minuſque ſe oſtentat. Plut.

8. Quæ non poteſt Deus facere perfectiora?

1. Beatitudinem ſanctorum, quia illa eſt poſſeſſio Dei. 2. Chriſtum hominem, quia eſt in perſona diuina. 3. Virginem Mariam in ratione matris, quia eſt mater filij Dei. Oſor. die Aſſumpt. Mariæ.

9. Quis nouit Deum, Deo fit ſimilis, & dignus fit Deo?

S. Auguſt. Diuinum hoc, ait, & primum diſcamus præceptum, vt noſcat quiſq; ſeipſum, ſeipſum quippe qui nouit Deum noſcet, qui Deum nouit, Deo fiet ſimilis. Sed Deo fit ſimilis qui Deo dignus fuerit, fit

sit autem dignus Deo, qui nihil cōmittit indignum Deo, sed & cogitat res diuinas, & quæ cogitat loquitur, & quæ loquitur pie facit.

10. Quid seu qualem cultum Deus à nobis exigit?

Dimidium sphæræ, sphęram cum Principe Romæ, hoc est, COR exigit à nobis Deus &c. seu: Da mediam lunam (c) Solem (o) simul & canis iram (R) Pro. 23. v. 26. Esa. 29. v. 24. Deo seruiendum toto corde, hoc est, amore summo, more vero, ore fideli, re omnī.

11. Quodnam est discrimen inter Abelis & Caini, id est, piorum & hypocritarum cultum & sacrificium?

Abel ait: *Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.*

Cain respondet: *Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.*

12. Cur Ægyptij dicebant Deum esse veste cærulea indutum, & manu vna tenere zonam, altera sceptrum, & in capite pennam?

Per vestem cæruleam cuius coloris cælum

sum esse videtur significabant Deum cæli esse habitatorem eiusdemq́; naturam à nostra vt cælum à terra distare: sceptro significabant summam potentiam & regiam dignitatem, zona vel cingulo admirabilem eius prouidentiam qua cælum colligat, & cuncta continet ac regit. Penna in capite significabat Dei celsitatem, sensuum & intelligentiæ nostrę capacitatem superãtem. in ore eius pingebant ouum ab eo productum, vt significarent mundum oualem figuram habentem fuisse ore eius creatum.

13. *Quomodo Sigismundus 35 German. Imp. lepidè docuit felicem successum rerum à Deo contingere?*

Habuit is ministrum familiarem multis annis in quem parum fuerat liberalis, accidit vt cũ amnem esset ingressus equus Imperatoris meieret, quod vbi vidisset minister qui prope antecessit Cæsarem per iocũ inquit, equi eandem esse naturã quam & Dominus haberet. Audiens hoc ipsum per occasionẽ Cæsar, mirabatur iubebatq́; indicari sibi hoc dictum. Respondit minister. in amnem vrinã spargere equum vbi

iam

iam antea aquæ abundarent: ſic & erga illos beneficium eſſe Cæſarem quibus iam antea opes affluerent ſatis nec haberent illis admodum opus, animaduertit imp. perſtringi ſe modeſte quod in miniſtrum iam veteranum nihil beneficij peculiaris aut eximij contuliſſet, & ſubiecit, nunquam quidem ſibi bene merendi volútatem defuiſſe ſed Principum dona non illorum eſſe proprie qui ea merentur ſed quibus ſunt deſtinata fato. Et id re comprobaturum ſe dixit quamprimum otij & quieti occaſio tãtiſper daretur. Poſtea otium nactus Cęſar pixides duas parari iuſſit magnitudinis & formę eiuſdem: in vnam aurum in alteram plumbum ponit, pondere eodem, & miniſtro aduocato præcepit vt alteram pixidem eligeret. Conſternatus miniſter librando modo hanc, modo alteram pixidem tollit, neſciens vtram debeat potiſſimum eligere, tandem eam aufert pixidem quę plumbum continebat, quod vbi conſpexit Cæſar recluſa pixide aiebat videri palã nõ ſuam voluntatem ſed ipſius infortuniũ obſtitiſſe hactenus quo minus beneficium ſit conſecutus.

14. Qu

14. Quo exemplo potest doceri magnam diuini consilij abyssum humano consilio non esse metiendam, seu occulta esse Dei iudicia?

Procopius lib. 1. belli Gottici ait: Samnites pueri cum pastum pecus educerent per lusum, vt assolent, duos inter se deligunt corporis habitudine præstantiores ac specie, quorum alterum Bellisarium vocitant (tum enim is Iustiniani nomine in Italia bello præerat) Vitigem alterum, qui aduersarius erat, Hos igitur colluctari inuicem iubent: in ea colluctatione qui Vitigis nomen fuerat sortitus, in terram victus prolabitur, hunc statim puerilis illa & inconsideratior turba illudendo simul & increpãdo in proximam arborem suspenderunt. Lupo deinde interueniente conspecto exterriti omnes fugam capessunt, qui vero suspensus pendebat à cæteris destitutus in eo cruciatu interijt. Quibus de rebus certiores facti, Samnites, ex his quæ acciderant coniectando asseuerarunt, victorem omnino Bellisarium fore, quod reuera postea sequutum est. Non enim

ſine numine ſeu Dei prouidentia fiunt huiuſmodi.

CAPVT XVII.

DE DIVITIIS, VOMITIBVS fortunæ.

1. Vtrum diuitiæ magis fidæ ſunt an paupertas?

Res bona paupertas, dominū cum cætera mutent,
Perraro dominum deſerit illa ſuum.
Semper eris pauper, ſi pauper es Æmiliane &c. Mart.

2. Quis eſt diues?

Auſon. *Quis diues? qui nil cupiat, quis pauper? auarus.*

Epictetus hoc quæſitus, reſpōdit, Cui ſatis eſt quod (habet.

Socrates autem quærenti quiſnam ditiſſimus? reſpondit, qui pauciſſimis contentus eſt. Et Democritus rogatus, quomodo quis diues fieri poſſet, reſpondit, Si cupiditatum pauper fuerit. idem Cleanthi tribuit Stobæus. Seneca: Qui deſiderium clauſit cum ipſo Ioue de felicitate cōtendat. Et: Diues eſt nō qui plus habet, ſed qui minus cupit. Recte Chryſol. *Si vis fieri diues nō augeas diuitias ſed tolle cupiditatē* vera enim

eſt inopia cupiditatum copia. Quintil. *Satis eſt diuitiarū nihil amplius velle*. v. Parad. 1. Cic.

3. Quæ vitanda ſunt diuitias quærenti?

Fœminæ, conuiuia, ſecuritas, luſus, inertia. vulgatum eſt:

σώματα πολλὰ τρέφειν καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν
ἀτραπός ἐς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

Ædificare domos & pecora (al. corpora) paſcere multa,
Ad paupertatem lato dabit ore feneſtram (proximus eſt aditus).

4. Quid ſibi vult illud: Timidus ſemper Plutus, timida diuitiæ?

Diuites agere vitam plenam timore & anxietate.

5. Qui facile acquirunt amicos?

Largi, mites, potentes, ſeu diuites, & affabiles.

6. Quomodo poteſt quis celerrime fieri diues?

1. *Si paucis ſit contentus & imminuat immenſam cupiditatem.*
2. *Diuitiæ grandes homini ſunt viuere parce.*

Sparmund vnd vbelleb kauffen dē wolleb ſein Hauß ab.

Cic. in Parad. Nesciunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia.

Clemens Alexan. ὁ σπουδαῖος ὀλιγοδεής, honestus paucis indiget.

Diogenes Cynicus conspicatus in prodigi cuiusdam ędibus inscriptum, venales, seu videns domum epulonis inscriptam pretio venalem. *Sciebam,* inquit, *fore vt præ immodica crapula domum euomeres.*

7. Quare pallet aurum?

Resp. Diogenes quia nusquam non habet insidiatores.

8. Cur nummi habent formam rotundam?

Quia vagi sunt & odisse solent vnius arculæ seras, varijs possessoribus delectantur. hinc græce dicuntur χρήματα à χράομαι, vtor. Diuitias reputo veras quas exigit vsus.

9. Quid est quo si careas doles, si habeas angeris, si amittas cruciaris?

Pecunia non possessa torquet, possessa curis affligit, amissa doloribus afficit.

10. *Quo-*

10. Quomodo distant à diuitibus pauperes?

Tranquillitate animi. S.Chrysost.ho. 74. ad pop. demonstrat paupertatem maiorem habere quam diuitias voluptatem securitatemq́;.

11. Quomodo habendæ sunt diuitiæ?

Vt virtutis non luxuriæ administræ sint. Muret.orat.4.

CAPVT XVIII.

DE DOCTIS ET DOctrina.

1. Quando vir doctus est solus?

CVm inter ignorantes versatur. hinc cum rusticus quidam rogaret ex viro docto qui ita solus viuere posset, respōdit, *Solus esse cœpi eo temporis momento quo tu ad me venisti.* Notum est illud Scipionis: *nunquam se minus solùm esse quàm cū esset solus:* Ci.3.de off.

2. Cur docti non debent cōfidere propriæ scientiæ, nec se magnopere iactare?

Quia quo quis est doctior eo plura ei

restant discenda. Zeuxis pictor excellens puerum vuas ferentem pinxit ad quas aduolabant aues. Cumque de hoc artificio se iactaret alius pictor egregius Parrhasius nomine recte depictum esse negauit, alioqui non aduolassent aues & vuas (ob puerum) attingere minime ausæ fuissent. Pinxit ergo iste cortinam aut velum quasi alteri picturę prætensum ne puluis noceret, tanto artificio vt verum videretur. Cum itaq; alter pictor Zeuxis aduentaret imaginem videndi gratia velum remouere iussit vt picturam posset videre. Sic magnus ille artifex deceptus est, qui aues se fefellisse iactarat. Plin. lib. 35 cap. 10. & Sen. in controu. 34.

3. *Vnde Calamysij,* **kalmeuser** / *μύες καλαμοτρώγοι habent nomen?*

Quod instar murium in antris suarum scholarum calamos arrodant.

4. *Quomodo verum est illud Platonis: Semper inter se consentiunt qui aliquid sciunt?*

Nam neq; sciri potest nisi quod verum est, neq; in quaq; re verũ esse amplius vno potest.

5. Quid

5. Quid interest inter doctum & indoctum?

Plato resp. *Quod inter bene valentē & ægrotum.* Aristippus: *Quod inter equum domitum & indomitū, & Satius est fieri mendicum quam indoctum, quia ille tantum eget pecunia, hic humanitate.*

6. Cur litteræ ditioribus magis colendæ sunt quam pauperibus?

Ne si id facere neglexerint instrumentis sibi à Deo ad virtutem datis per inertiam abusi esse dicantur, maxime cum nullo maiori aut illustriori ornamento nobilitatem à maioribus acceptam possint condecorare, &, vt Homeri verbo vtar, coronare.

7. Quæ scientia inflat?

Quæ destituta est charitate quæ ædificat, nec scientiam inflare permittit. August. Amate scientiam, sed anteponite charitatem. Maximus: Simus spirituales œconomi cum nosmetipsos tum omnes qui nobis appropinquant ædificantes.

6. Quomodo Thales Milesius reipsa docuit non esse sterilem litterarum culturam?

Cum à propinquis obiurgaretur quod omne tempus in sapientiæ studio poneret quod ad faciendam pecuniam (in qua illi posita putabant omnia) nulli vsui esset: *vultis*, inquit, *ostendam* vobis posse hominem huic studio deditũ, si ei commodum sit, diuitem fieri, & hanc esse si quis velit ad quæstum ac compendium vel maxime compendiariam viam? cum illi se velle dixissent, homo qui ex astrorum scientia magnam eo anno olearum vbertatem prępuideret fore, multo ante, exiguo pretio, cum cõtra licitaretur nemo, omnia Chiorum ac Milesiorum prela ac trapeta conduxit, quæ cum postea suo tempore quanti voluit elocasset, magnamque ex eo vim pecuniæ collegisset, ostendit philosophos non tam rem facere non posse quàm maioribus ac præstantioribus cogitationibus occupatos de ea facienda non laborare.

9. Qui sunt delicati martyres?

Studiosi. Ein Student arbeitet nicht gern was schwar ist/

Er

Er redet nicht gern was wahr ist/
Er trinckt gern was klar ist/
Er jßt gern was gar ist.

CAPVT XIX.

DE EBRIETATE.

1. Licetne inter pocula alterum cogere ad bibendum?

PRiſca conuiuiorum lege apud Perſas ſancitum fuit ne quis inter pocula alterum cogeret ad bibendum. Non amplius quam quiſq; appetebat præbebatur & prębibebatur, ſiquidem αὐτοτελὴς ἦν ὁ ποτός vi. Eſt. 1. v. 8. Aſſueri conu. moderatiſſimum.

Atq; etiam Spartæ mos eſt laudabilis ille,
Vt bibat arbitrio pocula quiſq; ſuo. Athen. lib. 10. Deip. Antiquus menſis reſtituatur honos, Martial. lib. 10.

Carolus Magnus lege olim vetuit ne quis alium ad bibendum prouocaret. Auent.

Aſſueri lege cauebatur ſeuere, ne quis poculorum certamen vrgeret.

2. Quid nos ab eiusmodi turpitudine deterrebit?

Moderatè nobis vtendum est vino & venere si nolimus nobis tandem generare filiam podagram, quam semel susceptam nulli vnquam genero elocare poterimus etiam amplissimis diuitijs dotatã, sed nobis domi perpetuo erit alenda.

Membrifragus Bacchus cum mẽbrifraga cytheraea
Progenerant natam mẽbrifragam podagram.
Λυσιμελοῦς Βάκχου καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης
Γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα. Epigr.gr.

Adhæc plures poculis occumbũt quam gladio, lancibus quam lanceis, quibus cœna pœna, pulpa culpa, spicula pocula, vagina lagena, prælia prãdia, stratagemata tragemata.

3. Quo medio veteres cõpescebant ebrietatem?

Priusquam Coronę ex floribus, herbis, & auro in vsum venirent, cœnaturi cum ad dolores, capitis ex cibo & potu auerruncãdos tum ad ebrietatem compescendam laneis & lineis vinculis tempora & frontem vincire solebant, quia venæ, arteriæ, cæteriq;

riq; capitis meatus quo magis coacti atque astricti sunt, eo minus vapores à vino & cibis sursum elatos simulq; molestias varias inducentes recipiunt.

4. *Quot cyathos haustibus singulis ebibebant cum hilariori conuiuio sese ad potus solutiores inuitabant?*

Quot erant litteræ nominũ amicarum: Budæus 5. De asse. Hinc Martial. lib. 1.

Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinq; Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus
Omnis ab infuso numeretur amica falerno.

5. *Possuntne homines ab omni potu abstinere?*

Romanus eques Iulius viator cum intercutaneo morbo diu laborasset in pupillaribus annis medicorum parens mandatis à potu abstinuit, naturam igitur faciens è cõsuetudine etiam in senecta caruit potu. Plin. lib. 7. c. 18. Pontanus li. de rebus cælestibus testatur fuisse hominẽ qui nullo vnquã tempore biberit vinũ aut aquã. Quin cum aliquãdo Ladislai Neapolitani Regis hortatu seu mauis mãdato tantillũ bibisset ęgrè id tulit, noxiusq; pot⁹ illi fuit. Eadem Petrus Hispal. Sylu. p. 1. c. 26.

Loto herba qui vtuntur AEthiopes nunquam sitiunt. Strabo lib. 3 & 17.

6. Quæ res maximè accelerant mortem?

Quisquis ad infernas properas accedere sedes,
Huc iter accelerant balnea, vina, Venus.

7. Cur ijs qui alijs sunt à secretis à compotationibus est abstinendum?

Quia, vt ait Virg. *Arcanum demens detegit ebrietas*, & vt ait Horat. *Operta recludit.* Et Salomon Prou. 31. ait: *Nullum secretum est vbi regnat ebrietas.*

Ferdinandus Imp. Caroli V. frater cum Legati Electorum & Principum caussas imperij negligentius tractassent aliquādo in comitijs propter crapulam & ebrietatem eos obiurgasse dicitur his verbis: *Mementote quod huc missi sitis non ad inebriandum vos sed ad consultandum & deliberandum regni Romani caussas. Abstinete à maledicta ebrietate, quæ neq; corpus neq; animam beat*, & quod officij vestri est, consulite. Sen. Vnius horæ hilaris insania lōgissimi temporis sæpè tædium adfert.

8. Quoties concessum est bibere Sacerdoti?

Ex Concilio Laodicensi Sacerdoti non licet nisi ter poculũ cõtingere: Can. quando 44. distinct.

9. Bibaculi quo præmio digni?

Germaniæ quidam princeps gloriantem quod vno die integro cereuisiæ ohmam integram exhaurire posset, fidemq́; dicti spectante Principe eiúsque ministris facientem, fracta gula laqueo è patibulo iussit suspendi, indignum viuere asserens eum qui (tantundem exhauriendo quantum vix alij 20. etiam famelici) potulentorum penuriæ auctor facile foret. Maiolus in diebus Canicul. pag. 753. vlt. edit.

10. Qui raro solem vident orientem?

Ebrij: Plin.

11. Quid significat prouerbium, ex amphitheto bibisti?

Meracius ac largius potasti, du hast am end gesessen. amphithetũ erat poculi genus, ita factum vt quauis ex parte positum staret, núllumq́; certum fundum haberet.

12. Cur mulieres raro inebriantur, crebro senes?

Macrob. 7. Satur. c. 6. quia habent contraria corpora. mulier humectissimum quod docent lenitas cutis, splendor & assiduę purgationes. cum ergo vinum in tam largum cadit humorem, vim suam perdit nec facile cerebri sedem ferit. Est etiam ob crebras purgationes pluribus confertum foraminibus per quæ vapor vini euanescit. Senex vero habet corpus siccum, in quo vinum non patitur cõtrarietatem repugnantis humoris, & integra vi sua adhęret corpori.

13. Quomodo Ebrius quater est latro?

Is quater est latro dum se sociumq́; trucidat
Vtriusq; animam corpus vtrumq; necat.

14. Licetne nimium bibere ob aliorum sanitatem?

Fauere alienæ valetudini poculo non licet, vt tuam mergas.

15. Quid sentis de ijs qui nocturno tempore potitant?

Stultos esse quibus suauius est lucis vsu-

ra

ra in tenebris frui, qui facere quam habere diem malunt, quiq; præ sole faces æstimãt. Adhęc qui nocte fruuntur vt diem perdãt, somni tempora vigilijs destinant, & diurnas horas somno perdunt.

16. Quæ symposia & conuiuia sunt vitanda?

In quibus inuita viscera ciborum onus recusant, mille delicijs sobrietas expugnatur, & longo ad luxum & pompam ordine lenocinia mensę cumulantur, nõ gustanda solum sed spectãda, in quibus quasi totam crapulã gula nõ capiat, etiam oculis comedimus: in quibus pennis & alis altilia inferuntur non minus aromate quam igni excocta: in quibus alius corporis obscœnos meatus exonerat, alius sanctissimam partem, qua admiserat epulas, regerendo obscœnam facit, seu reddit quidquid sumpserat: & in quibus sedet rudis cum docto, diues cum egeno &c. Nam vt aquam igni sine strepitu non misceas sic nec istos sine garrulitatis pugna. ius dicendi etiam vilissimus sumit, & pulsa verecundia petulantium verborum scaturiginem eructat.

Seneca

Senecaep.19. *Ante circumspiciendum est cum quibus edas & bibas quam quid edas & bibas.* Bonum& prudentem censemus qui vel irritatus silet nec in leui aliqua offensa responsum ad vindictam acuit: melior & prudentior est qui conuiuijs abstinet, in quibus cum ebriosis, multis, inæqualibus & non amicis epulandum. amici pares sunt, pauci sunt, virtute& sobrietate iuncti sunt, cum venter mero efferuescit, ilia & inguina æstuant facile in obscœnitatem lingua ebullit. vt auté amœniores sunt aquæ quæ cum murmure fluunt sed leni, facili, temperato; sic epulæ quæ sermonem habent, sed honestum, lepidum, tempestiuum. cõtra vt ieiunus & grauis odore spiritus offẽdit, ita sermo spurcitiæ ebriorum veneno infectus.

Sint procul à nostris Lapitharum iurgia mensis
Dementans animos Bacchus abesto procul.
Mellifluis Sophiæ salibus conuiua cibetur
Noster, & has epulas Mars fugiatq; Venus.

17. Quid respondendũ glorianti se potus omnis capacissimum esse neq; tamen ebrium fieri?

Aristippus hoc in conuiuio glorianti re-

respondebat, egregiam vero laudem reportas si id facis quod & melius te facit mulus.

18. Quod genus hominum est iustissimum & aliis pene plus quam sibi tributum cupit?

Potatores.

CAPVT XX.

DE ELEMENTIS.

1. Quodnam est nobilissimum elementum?

IGnis, quia actuosiorem & ad res efficiendas vniuersaliorem cæteris habet proprietatem, calorem. Nota lepidam hanc historiam, Persicus quidam sacrificulus gloriabatur suum Deum (erat autem ignis Deus Persicus) cuius ipse esset minister esse verũ Deum quippe qui omnes aliarum gentium Deos (idola aurea, argentea, lignea aut alterius materiæ) superaret, imo & consumeret. Hic tandem peruenit in AEgyptum, & cum incidisset in Canopi sacerdotem, vterq; suum laudat Deum, venitur ad certamen, præmium proponitur. Interim Canopi sacerdos hydriam pluribus fora-

foraminibus perfluentem adornat, & cerâ obstructis foraminibus omnibus, implet aqua. Persicus cum suo Deo aduenit, simul & alter, qui hydriam igni supponit, qua calefacta liquescit cera, & aqua effluens ignem exstinguit. Sic AEgyptius Deus vicit; Suidas in dict. Canopus. v. hist. Ecclesiast. & Conimbricenses in lib. 3. Arist. de cælo c. 5 q. 2.

2. Quæ res mortua viuam sepelit, vt in ipso etiam sepulchro maneat viua, & viuis mortuos cibos molliat esuiq; aptos reddat vnde vita conseruetur?

Ignem cinis operit, &c.

3. Cur poëtæ Vulcanum fingunt claudum?

Quia non magis ignis sine ligno quam claudus sine baculo procedit.

4. Quidnam sit fortius cum exstinguitur quam cum conseruatur incolume?

Carbonum vis non ab incensione est, sed ab exstinctione, & cum interijsse creduntur maioris fiunt virtutis. Plin. lib. 36. cap. 14. 27.

5. Quo-

5. Quomodo bos absq; lignorum adminiculo seipsum coquit?

Cum Scytharum regio lignorũ sit admodũ inops, hæc ratio ab illis ad coquendã carnem excogitata est, vbi bouem pelle denudarunt, denudant quoq; ossa carnibus, deinde illas in lebetes inijciunt, subiectis atq; succensis ossibus boum, coquũt.

6. Quo ænigmate fumus significatur?

Herod. li. 4.

Sunt mihi sunt lacrymæ, sed non est caussa doloris,
Est iter ad cælum, sed me grauis impedit aër,
Et qui me genuit, sine me nõ nascitur ipse fumum ignis generat &c.

7. Quæ res tetra promanat ab omnium optima?

Fumus ex igne procedit, qui cum videatur non potest accipi, si accipitur non potest retineri, cum esse aliquid putetur mox in nihilum resoluitur. Similis ei est superbia hinc Lips. *Ita te attolle ab humo vt absis à fumo.*

8. Quæ abscondi non possunt?

Amor, tussis, ignis, & dolor.

8. Quid

9. *Quid est, currens consistit, molle indurescit, imbecillum corroboratur, & quod multiplex erat fit vnum?*

Resp. Virg. in Epigr.

Qua ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahūtur,
Postquam tristis hiems frigore vinxit aquas.

Est ergo aqua concreta, seu glacies.

10. *Quæ vrbs in aquis fundata aquarum ambitu circumsepta aquis pro muro munitur?*

Vrbs Veneta in sinu maris Adriatici adhuc est virgo, quia ab ipso suo primordio semper ab hoste inuiolata mansit, seu nunquam in externi hostis potestatem venit, licet steterit vsque ad ann. Chr. 1614. mille, centum & quinquaginta tres annos.

11. *Quodnam in rebus ex aqua nascentibus culmen precij tenet, omniumq́; maximi æstimatur?*

Vniones seu margaritæ quæ in concha nascuntur marina, quarum vel vna multis millibus coronatis æstimatur. Plin. lib. 9. cap. 35.

12. *Quæ aqua est quæstuosissima?*

Lotium, inde enim medici viuunt.

13. *Quæ*

13. Quæ aquæ non exſtinguunt incendium?

Marinæ, idq́ue propter ſalſedinem & pinguedinem quæ igni quaſi vires ſubministrant. Omnium autem maximè ignem exſtinguit acetum: ob tenuitatem ſubſtantię, propter quam ſeſe altius inſinuat & frigiditatem quãuis moderatam in intimas rerum ſolidarum partes deducit, quarum tantum ſuperficem aqua propter craſſitudinem ſuam lambit.

14. Quæ aqua è terra in cælum aſcendit?

Lacrymæ piorum.

15. Quo ænigmate ſignificatur nauis ex quercu fabricata?

Viua fui, viuos (porcos) paui, nunc mortua viuos (homines)

Ipſa fero, & viuos (piſces) celeri ſuperambulo greſſu.

16. Quæ aqua fallaciſſima?

Mulierum lacrymæ vt plurimum. vt flerent oculos erudiere ſuos.

17. *Cur aqua paulatim sumpta magis sitim restinguit quam celeriter hausta?*

Quia aqua præceps tota deorsum ruit, lente progrediens insinuat sese in partes corporis, irrorat, madefacit, nõ secus atq; in agrorum irrigatione aqua raptim demissa perfluit, sensim deducta à terra altius ebibitur.

18. *Cur aqua frigida epota nonnunquam æstuantem interficit?*

Quia in præcordia apertis poris hiantia se recipiens natiuum calorem nimio subitoq́; frigore perimit.

19. *Cur aquæ mota minus putrescunt?*

Quia putrefactio oritur in humido ab externo calore (Arist. 4. Meteor. ca. 1.) appulsum vero externi caloris inhibet alia atq; alia aëris mutatio. Hinc est ꝙ ea quæ conclusa sunt magis putrescunt, & humorum putrefactio in animantium corpore oritur respiratione impedita, & ęstate plures morbi putridi oriũtur, ac calida humidaq́; corpora, si neq; perflata, neq; ventilata, in calido & humido maneant loco, putredinem contrahunt.

20. Cur

20. *Cur quædam aëri exposita ad Solem magis refrigerantur quàm in vmbra?*

Quia in Sole nulla vi obsistẽte calor dissipatur & consumitur: in vmbra frigus circumiecti aëris calorem reprimit & intus concludit. vnde calor ventriculi hyeme quam æstate vberior est, quia tunc cutis ambiente frigore vitales spiritus, in quibus calor insidet, egredi foras & euanescere non sinit.

21. *Cur aër subterraneus qui longo tempore inclusus stetit respiratione attractus nocet?*

Quia vt aqua cauernis detenta, & influendi effluendique vicissitudine carens, ita & aër recentis auræ perflatu destitutus, corrumpitur ac pestilens fit. Hinc multis in locis scrobes & specus spiritum exhalant adeo tetricum grauemq; vt eius haustu pecora, aues, feræ interimantur.

22. *Quam ob caussam qui frigido sudant aëre deterius habent?*

Quia laxatis poris aduentitium frigus reci-

recipiunt valetudinis vitæque capitalem hoſtem. Hinc monent Medici per hyemem minus ſudandum, quia intimus calor maximè tunc neceſſarius ſudore minuitur, cui externus humor frigiditaſque ſuccedunt & habitudinem corporis labefactant. Neq; vero hyeme putrefactio (cuius inhibendæ gratia ſudatio quęritur) tantopere timenda vt ęſtate, qua præualet aduentitius calor, qui putrefactionis opifex habetur, ſiquidem vnumquodq; inteſtino calore concoquitur extraneo computreſcit. adhæc algente aëre de materia ſudoris plerumque minus ſuppetit, quia tunc domeſticus calor vt cibum ita & humores melius digerit, ac magna ex parte conſumit.

23. Cur igni aër neceſſarius?

Quia aër igni in paſtum cedit, vel ignis pabulum eſt.

24. Cur ignis diutius in vmbra quam ad ſolem conſeruatur?

In vmbra frigus circunſtans calorē ignis reprimit nec effluere ſinit, ſolis autē calor eundem diſſipat ac diſpergit. *25. Cur*

25. *Cur ignis cum puluerem ſulphureum intra vaſa tormentaria corripit tanta & tam ſubita vi & tam ingenti ſtrepitu foras erumpit?*

Quia puluis igni correptus proindeq; rarefactus & in ampliorem molem fuſus capaciorem requirit locum, quem vt inueniat quanto maximo poteſt impetu ruit qua data porta, & quia in eo egreſſu aêrem vehementer diſſipat & defringit, tàm latè perſonat.

26. *Quamobrem multus ignis ſudorem minus euocat, cum ſudor calore excitetur?*

Quia nimius calor humore in ſpiritum diſſoluto corpus exiccat, atq; adeo ſudoris materiam conſumit. Eandem ob cauſſam nudi ad ardentem ſolem parum ſudant.

27. *Cur ij qui vehementer frigent ſi ad copioſum ignem propius accedant dolorem ſentiunt, non vero ij qui paulatim caleſiunt?*

Quia calor ſubita vi ingruens & repentinus ille tranſitus ab vno contrario ad a-

liud præproperam efficit in ſenſiterio tactus mutationem quæ doloris cauſſa eſt. Dolet etiam magis caro frigore aſtricta, quàm laxa, tum quia inuſtum calorem tenacius ſuſcipit, vt & plumbum impenſius calet quam lignum, tū quia calor per meatus algore concretos vi penetrat.

28. Cur Sal in igne crepitat?

Quia continens in ſe aquam & ignem, humor aquæ ignis calori reſiſtit. v. locum de Terra.

Capvt XXI.

DE EPISTOLIS.

1. Quo ænigmate indicatur epiſtola?

Fœminâ natura eſt, ſinibus ſua pignora ſeruat
Quæ ſunt muta, tamē mittunt trās æquora vocem
Ventoſā, & vaſtas terras, mortalibus, illa
Vult quibus, his audire licetq; abſentibus, aures
Obtuſas habeant quamuis, audire nec aptas.

Filij epiſtolæ, ſunt litteræ quæ mutæ ſunt, &c. Athen. lib. 10. cap. 17. Legimus de quodam Indo ſeruo hominis Hiſpani miſſo ad alterum Hiſpanum cum aliquot auibus

bus & simul cum litteris, quibus illi numerus auium indicabatur. Seruus autem in itinere vnam & alteram auem fame correptus comedit, putans id neminem sciturum. Sed cum is cui aues fuerant allatæ de numero illarum minore amicum suum certiorem per litteras faceret, & seruus hoc nomine ab hero obiurgaretur & vapularet monuit alios vt sibi cauerét à chartis illis albis in quibus nigræ notæ scriptæ essent, illas enim loqui posse. De penna scriptoria (vel eadem epistola) ita Stig.

Tu regis & gladios, & Regum sceptra potentum,
Fida simul bello nuncia, pace simul.

Mithridates Rex vna epistola & vno puncto temporis octoginta millia ciuium Rom. in Asia interemit per vrbes negotiandi gratiâ dispersa. verum mortem tandem suam ipse bibere fuit coactus. Val. li. 9. c. 2. Cic pro Flac.

2. Quare s absentes facit præsentes?

Epistola. quid enim est tam præsens inter absentes quam per eam & alloqui & audire amicos. Sen. ep. 40. Hieron. ad Chromat. &c.

3. Quæ cauenda sunt præter peccatum?

1. Aliorum litteras legere. 2. in officina fabri ferrarij quid tangere, quia posset quis in rem ignitam incidere. 3. in pharmacotheca quid degustare, posset enim in venenum incidere.

CAPVT XXII.

DE HAERETICIS.

1. Estne Concordia inter Lutheranos & Caluinistas?

ETsi iactent omnes omnino lites quotquot in Ecclesia excitātur ex solo Dei verbo decidi ac finiri posse, tamen Lutherus in colloq. mensal. cū de cōcordia inter Lutheranos & Caluinistas sermo incidisset ingenuè fassus est, nō aliam quam quæ inter Christum & Iudam intercessit sperari posse. Et si quæ tandem ineunda esset non in Dei sed omnium diabolorum nomine iniri oportere. Postea in conuentu Maulbrunensi an. 1564. Auctæ sunt inimicitiæ. Claudiopoli an. 1586. in mutua odia iuratum est. in colloquio Mompelgardensi cui

ſi cui principes ſectarum Iacobus Andreæ Lutheranus, & Theodorus Beza Caluiniſta interfuerunt penitus de concordia deſperatum. Finis colloquij fuit: *Quia*, inquit Beza, *dextras fraternitatis nobis porrigere recuſatis & nos pro fratribus agnoſcere non vultis, amicitiæ dextras etiam nolo.* cui Iacobus: *Ergo intermittatur.* Poſt Philippus Nicolai, Tilman. Heshuſius, Conr. Schluſſelburg, & multi alij Lutherani præſertim Gieſenſes & Tubingenſes palam ſcriptis ſuis teſtati ſunt Caluiniſtas eſſe hæreticos & illorum doctrinam tanquam ſacrilegam, execrandam, abominandam, & diabolicam oppugnarunt. Nota hoc pertinax odium hæreticorum.

2. Cur rectè vocantur decoctores Euangelij?

Qua integrum quidem Euangelium à Catholicis acceperunt, ſed multas inde partes exemerunt & decoxerunt. vide R. P. Becanum in primo titulo Caluiniſtarum.

3. Cur Lutherus, Henricus VIII. Rex Angliæ & alij à raptu Virginum & generationibus exorsi sunt suum Euangelium?

Respondent ipsi, quia scriptum est: Initium Euangelij Iesu Christi, Abraham genuit Isaac, &c. De hac subtilitate hæreticorum lege, lib. qui inscribitur, Pruritanus Respondemus nos quia non aguntur spiritu Christi, sed reguntur à spiritu immũdo. vt docent colloquia mẽsalia Lutheri, versiculi Bezæ, Apologia pro Christiano Batauo, Flores Caluinistici. Recte Erasmus in ep. ad fratres inferioris Germaniæ de ipsis scribit: *Quis non iure miretur hos nouos Euangelistas non posse viuere sine vxoribus?*

4. Quomodo apostatæ reformarunt Christi Ecclesiam?

Calu. in libro de necessitate reformandæ Ecclesiæ quem anno 1544. obtulit Carolo V. Imp. in comitijs Spirẽsibus, asserit Ecclesiam Romanam esse Christi Ecclesiam. v. tit. 2. Calu. Quomodo autem illam Christi Ecclesiam reformarunt? 1. Quia cum ipsi fuerint aliquando in nostra Ecclesia

clesia tanquam paleæ inter triticum aut lolia inter herbas & postea eandem egressi sunt, suo egressu à multis paleis & lolijs eam liberarunt. 2. Quia nobis dederunt occasionem reformandi nos ipsos in bonis moribus, & tollendi omnes abusus ac scandala quantum in nobis est. Hinc in Concilio Tridentino tot canones, tot decreta, tot reformationes.

5. Cur Caluinus agens de ritibus quibus sacramenta administrantur, etiam agit de ritu quo matrimonium celebrari debet, cum id ipsi sacramentum non sit sed ciuilis contractus?

Etsi cõtractus ciuiles ad curiam potius quam ad Ecclesiam pertineant & à sęculari magistratu non à ministro verbi Dei promulgandi & confirmandi sunt, tamen Caluinus vult 1. vt palã in Ecclesia tribus diebus dominicis continuis publicetur matrimonium, antequam contrahatur. 2. vt post trinam publicationem in exorsu cõcionis spõsus ac sponsa sistant se in Ecclesia, &c. Quia ad ministros verbi spectat Euangeliũ Christi prędicare, Euãgelium autẽ Christi incipit à matrimonio & generatione, nota latens hoc mysterium.

6. Quando ministri verbi cœperunt esse Sponsi, mariti, & patres?

Post Lutheri nuptias de quibus scribit Erasm. ep. ad Danielem Mauchium Vlmarum: Lutherus deposito pallio duxit vxorem, pauculis diebus post decantatum hymenæum noua nupta peperit. Et alibi: Duo quærunt Lutherani censum & vxores, reliqua omnia pręstat illis Euãgelium. Et iustus Baron. de præscript. *Lutherus*, inquit, *heri Monachus, hodie sponsus, cras maritus, perendie Pater.*

7. Qua occasione in palatinatu apud Calu. feria quarta cuiusq; hebdomadis iampridem cœpit esse sacra?

Querebantur famuli & ancillæ deteriori cõditioni se esse apud Caluinistas quam apud catholicos; hic multa esse festa quibus respirare liceat, ibi assiduo labore se opprimi, neque tantillum temporis permitti quo vel laceras vestes reficere par sit. Visa est legitima querela, igitur à magistratu feria quarta assignata ipsis est qua ab herili opere aliquãtulum cessare possint, & con-

& consuendis aut reficiendis vestibus operam dare. Quo etiam factum est vt hoc festum patrio sermone à quibusdã vocetur, **das flickfest.**

8. *Qua occasione Caluinistæ dicti sunt Geusij, id est, mendici?*

Philippus Rex cum aduerteret nouas hæreses paulatim in Belgio pullulare, scripsit litteras ad illustrissimam Belgij Gubernatricem Margaretam, Principem Parmensem quibus ad fidei Catholicæ conseruationem promouendam serio mandabat vt Edicta Caroli V. Imp. & Decreta Concilij Tridentini exacte seruarentur. Hoc aliqui sinistre interpretati sunt quasi Rex sub hoc prætextu inquisitionem Hispanicam vellet in Belgium introducere. Itaq; anno 1566. die 5. April. Brederodius & quidam alij ex Nobilibus Fœderatis illustrissimæ Gubernatrici quæ tunc Bruxellæ erat libellum supplicem exhibuerunt, quo postulabãt Edictorum executionem prorogari. mirabatur Gubernatrix. Cui Barlemontius, eques aurei velleris, *Mea*

Domina, ne timeas ab istis hominibus, non enim sunt nisi Geusij, seu mendici. volebat per contemptum dicere non esse magni momenti homines. Hinc factum est, vt primum Brederodius cum suis asseclis, postea omnes Caluinistæ appellarent se Geux seu Geusios. Quin etiam vt aliquã speciem mẽdicorum pr꜄ se ferrent vsi sunt Veste cinericia, & ad latus appenderũt lignea vascula qualibus mendici vti solent. Petrus Opmerus Amstelrod. in opere Chronolog. Sur. in comm. Aubertus Miræus in Chronico & alij.

9. *Cur etiam obsequia hæreticorum sunt declinanda?*

Quia malus, vt est in prouerbio, vbi se bonum simulat, tunc est pessimus. Nullæq; sunt occultiores insidiæ quam qu꜄ latent in simulatione officij. Sen. ad Lucilium ep. 42. ait: Multorum quæ imbecillia sunt latent vitia, instrumẽta illis explicandæ nequitiæ desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore, non desunt tũc illi venena, sed torpent. v. etiam n. 87.

10. Quo-

10. Quomodo Lutherus suum Euangelium plantauit?

Vorando, vt bibendo irrigauit.

11. Quomodo vincuntur hæretici?

Lutherus in Ps. 5. Nulli hęretici victi sunt vi aut astu, sed mutua dissensione, nec aliter cum eis pugnat Christus quam misso inter eos spiritu vertiginis & dissensionis, sicut inter Sichimitas Iud 9. & inter Babylonicæ turris operarios Gen. 11. & in noua lege inter Arianos, Donatistas, & Pelagianos.

12. A quo reguntur hæretici?

Malorum dæmonum furijs agitantur. Quomodo enim Anabaptistæ Monasterienses tam firmiter in animum inducere potuissent vilissimum illum sartorem Ioannem Leydensem à Deo esse missum, vt regnũ Israel instauraret? Amsterodamenses quo pacto combustis vestibus tam fœminę quam mares per plateas contra naturalem pudorem nudi discurrissent, nisi fanatico spiritu in omne nefas præcipites acti fuissent?

CAPVT XXIII.

DE HOMINE.

1. *Quod animal est bipes, tripes, ac quadrupes?*

HOc ænigma Oedipus ſoluit, cum reſpondit id animal hominem eſſe is enim infans quatuor ſeu quaternis it pedibus (ſeu manibus ac pedibus repit) auctus ætate duobus (erectus incedit) iam ſenior factus tribus, cum baculo tanquam tertio pede ſuſtentetur (ſeu pro tertio pede adhibet ſcipionem) decrepitâ ſenecta duobus ſcipionibus quaſi quatuor pedib⁹ gradum facit.

2. *Poteſtne homo etiam pedibus ſcribere?*

Anno Chr. 72. natus eſt in ſuburbanis Comburgi oppidi puer maſculus abſq; vllis brachijs qui prouectior factus omnia manuum officia pedum ſubſidio obibat, erant enim digiti illorum oblongiores, & ad res quaſuis apprehendendum apti, vt procul intuentibus manus viderentur. ita natura defectus ſuos alijs muneribus compen-

pen-

pensat. Ioan. Posthius Medicus & Poëta eum hoc Epigrammate celebrauit:

Mira fides, pedibus dextrè facit omnia Thomas,
Cui natura parens brachia nulla dedit
Namq; bibit pedibus, pedibus sua fercula sumit,
Voluit & his libros, præparat his calamos.
Quin & litterulas pede tam bene pingere nouit,
Artificis superet grammata ducta manu.
Omnia nempe potest vigilans industria, quodq;
Natura ipsa negat, perficit ingenium.

3. *Quibus rebus hominum natura & mores mutantur?*

Honoribus (honores mutant mores, sed raro in meliores) vino, & fœminis. honos multis adimit visum & auditum, ita vt non solum pristinos amicos sed etiam seipsos non agnoscant.

4. *Cur capilli citius quam barba canescunt?*

Quia barba 20. annis est iunior capillis.

5. *Cur homines multi procera statura parua sunt sapientia?*

An nescitis, respondet mulier quædam,

superiores celsarum ædium partes non habitari? significans eos caput cerebro vacuum habere. Fit plerumq; naturâ vt innati spiritus vis collectior paruæ compaginis membra aptissimè regens, menti reliquum robur addat.

6. Cur animus hominis nunquam potest quiescere?

Alphonsus Rex respondet, anima suam originem à Deo habet, nec prius potest quiescere quam eo vnde orta est redierit, nec vero caducis his & fluxis rebus vnquam satiari potest, sed Deum & cælum tanquam proprium & naturalem suum locum petit & desiderat.

7. Quidnam illud est quod quo plures habet pedes eo tardius, quo pauciores eo rectius & velocius incedit, orbem perambulat, & bis decem habet cornua?

Homo, qui tripes & quadrupes incommode, bipes feliciter incedit, habet in digitis manuum ac pedum cornua, id est vngues, viginti.

8. Qua

8. *Quæ præcipuè proportio in corpore humano est consideranda?*

Vt longitudo ad latitudinem sit sextupla, ad crassitiē (quę spectatur à superficie dorsi secundum lineam rectam ad superficiem pectoris) decupla; ad cubitum quadrupla, ad extensionem vtriusq; brachij ęqualis, ad pedem exporrectum sextupla, ad palmum vigecupla quadrupla, ad pollicis latitudinem septuagecupla dupla, ad latitudinem digiti nonagecupla sextupla.

9. *Qui homines sunt stultissimi?*

Qui cum credant pœnas æternas & pręmia ęterna, tamen in peccatis perseuerant.

10. *Quandó ex homine fit asinus?*

Cum vino dementatus nihil ab asino differt.

11. *Cuius cor post mortem inuentum est hispidum, & magnitudine visenda?*

Hermogenis.

12. *Quot membris hominis structura seu corpus constat?*

Totidem quot in año sunt dies, 365. Ergo singulis diebus pro singulis membris Deo gratias agas.

13. Cur

13. Cur quidam faciem septiforem vocauit?

A septem foribus, Binæ enim sunt fores oculorũ, bini meatus aurium, totidem narium, vnus hiatus oris.

14. Quodnam in homine membrũ tum optimum tum peßimum est?

AEsopus hoc interrogatus respondebat linguam, das kleine stücklein fleisches so hinder den Zänen steckt. Itaque

Sic linguam frena recta rationis habena
Ne te confundat si verba superflua fundat.

15. Quo ænigmate significatur lingua?

Quænam ea quasi bestia est quæ cæcis latet cauernis, vallis atque muris munita, nunquam septa egrediens, multis vinculis coërcita, ferens inimicitias, iurgia, cædes, cælum terræ miscens & ignibus vndas, cõtra vero fœdera pangens, animos coniungens nihilq; non bene efficiens?

Osse caret glossa per q̃ franguntur & ossa. Iac. 3.

16. Cur nullum organum in homine retrorsum sed omnia antrorsum posuit natura sagax?

Ista corporis figura vult vt in virtutibus

bus semper procedamus, non retrogrediamur.

17. Quodnam omnium tenerrimum est membrum?

Oculi pupilla. hinc quando Deus teneram suam dilectionem vult exprimere singulos è fidelibus huic membro cōparat: *Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei.* Zach. 2. v. 8.

18. Quodnam pretiosissimum & gratissimum est membrum?

Oculus, lucerna omnium membrorum & in altiore corporis parte sedem sortitus hinc Lipsi. in ep. conqueritur: *Gemina sidera mea caligare incipiunt, & ad vitrea auxilia devoluor.*

19. Cur Oculi tanquam speculatores altissimum in corpore obtinent locum?

Vt ex eo plurima conspicientes fungantur suo munere. Cicer. 2. de nat. Deor.

Vigiles sub fronte ministri
Excubias oculi limen ad arcis agunt.

20. Cur

20. Cur aures in altis corporum partibus collocatæ sunt?

Quia ſonum percipere debent qui natura in ſublime fertur. Cic. ib.

21. Cur nares ſurſum ſunt?

Quia omnis odor ad ſuperiora fertur, & quia cibi & potionis iudicium magnum earum eſt non ſine cauſſa vicinitatem oris ſecutæ ſunt. ib.

22. Vbi in Geneſi diſtinctim quinq; ſenſus deſcribuntur?

In capite 27. viſus verſ. 1. auditus 18. tactus 21. guſtus 25. odor 27.

23. Quas litteras primum ſonant infantes?

Clamabunt E & A quotquot naſcũtur ab Eua. Nã plorat adhuc proles quod cõmiſere parẽtes. Sap. 7
Maſculus A naſcens omniſq; E fœmina profert,
A, genitor dat Adam, E, dedit Eua prior.

24. Cur homo à Platone & Ariſtotele dicitur arbor inuerſa?

Quia ſicut arbor radices in terrã ramos vero in ſublime iacit, ſic contra hominis aſpectus ſurſum verſus in cælum tendit,

vnde

vnde Originem trahit, crura, & brachia, manusq; ramorum instar sunt, in terramq; vergunt, & terrenis in rebus occupantur. Marc. 8. ait cæcus video homines velut arbores ambulantes. Sic Pers. de homine Sat. 5. cum lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi. Ezech. 8, 17. dicitur de adorãtibus manuum osculo idola: *Applicant ramum ad nares suas.* quod Iob c. 31. 27. de eadem re dixit. *Si osculatus sum manum meam.*

25. Quare inter omnia animalia homo habet faciem sursum seu versus cælum eleuatam?

1. Quia inter omnia animalia solus homo est ordinatus ad regnum cælorum, habet figuram eleuatam ad cælum. 2. Quia contemptis terrenis contemplari debet cælestia.

26. Cur pili in alijs animalibus variantur ad variationem cutis, non in hominibus nisi aliquando in cicatrice?

Quia in homine profundius radicantur in

in cute, cum in eo plus habeant nutrimenti, & quia homo cerebrum habet humidissimum & humores pingues longiores habet crines quam cætera animalia. atque hinc mulieres longiores habent crines quam viri, quia sunt humidiores & magis phlegmaticæ; & quia materia barbæ ipsis transit in materiam pilorum.

27. *Cur per actum venereum homo ob siccitatem caluescit?*

Quia luxuria est emissio naturalis humiditatis & caliditatis, per eam consumitur humidum quod est nutrimentum pilorum. Hinc Eunuchi & mulieres non caluescunt quia tale humidum ab eis non separatur. nec Eunuchi laborant podagra, teste Hippocrate vt nec cæci naturaliter caluescunt.

28. *Cur homo imaginando erigit caput sursum, cogitans vero de præteritis illud inclinat ad terram?*

Quia imaginatio seu phantasia habet sedem in anteriori parte capitis seu cerebri, erigendum est caput versus cælum vt cellula

lula eius aperiatur & ſpiritus animalis concurrendo facere poſſit imaginationem cellula autem memoriæ quæ eſt in poſteriori parte capitis erigitur & aperitur cum caput inclinatur ad terram, tunc enim ſpiritus animales intrant & memoriam perficiunt.

29. Cur homines luſci & vnoculi ſunt boni ſagittarij? & cur ſagittarij communiter claudunt vnum oculum? & cur ſpeculantes aſtra vident oculo per cannas?

Quia omnis virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa, at tota virtus viſiua in duobus oculis diſperſa vno clauſo congregatur, & ſic viſus in ipſo fortificatur; ſic & animalia parui cordis ſunt audaciora vt leo, quia in paruo corde calor eſt bene adunatus & vehemens.

30. Cur viſus recreatur per viridem colorem?

Fons, ſpeculum, gramen oculis ſunt alleuiamen. Quia viridis color mediocriter mouet organum viſus & ideo confortat viſum: albus autem & niger fortiter mouent & mutant organum viſus. quia magis ten-

tendunt ad excellentiam ſeu violentiam, at quanto ſenſibile eſt magis excellens tanto magis deſtruit & debilitat ſenſum. Ariſt. 2. de anima.

31. Cur morte violenta conſumptus ſeu interfectus præſente homicida ſanguinem effundit?

Quia hoc indicio Deus & natura homicidium produnt. hinc homicidæ naturæ digitum & indicium metuunt. Sic execrantur oues lupũ, quadrupedes leonem, aues aquilam, vrtica marina ſecurim, tota denique natura odioſam tyrannidem & crudelitatem. vt ſibi maxime pernicioſam & inimicam fugit, certum eſt homicidia non manere inulta, & quantumuis ſtudioſe tegantur proferuntur in lucem: quia ſanguis occiſorum vltionem expetit, & vindictam contra interfectorem clamat. Noli ergo mirari quod ſanguis ex interfecti vel etiam aquis ſuffocati cadauere vel membris inde abſciſſis homicidâ prȩſente etiam diu poſt factam cȩdem fluat, vel ex vulnere interemti profluat præſente illo qui id inflixit eiuſq; facinoris eſt conſcius.

Maio-

Maiolus in diebus canicularibus tom. 1. pag. mihi 18. asserit id caussari ex aëris attractione simul atque spiritus infectione. Licet enim aït cadauer sit spiritu omni destitutum, neq; sentiat quidquam, horrore tamen tunc cõcutitur transeunte occisore, quia spiritus ibi in vulnere sunt quadantenus infecti à spiritibus interficientis quo transeunte vsq; ad ipsum vulnus aër infectus trahitur, quo intercepto sanguis ebullit, ꝓpter infectionis cõformitatem tã in vulnere manentẽ, q̃ ab interfecto remanãtem. Leuin. Lẽnius li. de mir. naturæ. Post idem Maiolus hæc addit: Gilbertus de clara Comes Glouerniæ maximis affecerat iniurijs B. Thomã Herefordiẽsem in Anglia Episcopũ, qꝫ Ecclesiæ iura ipse tueretur ille inuaderet. Obijt interim diem suum Episcopus absens, necessarij autem eius ad eius Ecclesiam deferẽda ossa prorsus carne ablata curauerunt, mox vbi obuius factus est comes à puris nudatisq; omni carne ac sanguine ossib9, plurimus manauit sanguis. id cõspicatus Comes terrore cõcussus pœnitẽtiaq; ductus Ecclesiastica iura omnia à se

inuasa re-

restituit. (Sur. 5. Octob.). cum igitur is sanguis à siccis ossibus manarit, ad concutiendum scelesti hominis & impœnitentis cor, & nulla spirituũ aut infectionis sanguinis ebullitio considerari hoc casu potuerit, quia S. Thomas absque vllo vulnere diem suum obierat; consequens est, sentiendum esse in occiso corpore Deum id miraculo agere, quo homicidæ culpa grauior agnoscatur, & se pœnitentiæ dolore conficiat. Non inest cadaueribus sensus, vt putat Leuinus Lemnius, quo suæ cædis authores ab alijs hominibus discernant. occulta Dei potestate res à legibus naturæ tàm aliena fit, partim vt quanti sanguinis vinculum sit faciendum intelligamus, partim vt homicidij authores hoc modo prodantur.

32. *Cur homo post alias omnes creaturas creatus est?*

1. Quia est perfectissimus omnium, cum corporis & animi dignitate omnia animalia antecellat. condiderat enim prius inanima, post plantas, deinde pisces, porro volatilia, post terrestria &c. 2. Quia voluit vt ho-

vt homo esset μικρόκοσμ☉, in quo summatim & cælestia & terrestria omnia continerentur, oportuit igitur prius Macrocosmum seu maiorum mundum fabricari, antequam eius summa in homine describeretur. 3. Voluit homini prius pręparare quæ ad animi & corporis felicitatem pertinebant. ad animæ felicitatem pertinebant cæli eorumq; ornatus quem contemplaretur. Rerum enim cælestium contemplatione mirifice afficitur mens humana & in cognitionem opificis inq; eius amorem inducitur, quæ infra cælos sunt ad corporis beatitatem pertinebant. 4 Prius oportuit domum totam ædificari rebusque necessarijs instrui, ac tum demum habitatorem induci. voluit igitur hominem tanquam dominum cæterarum creaturarum in domicilium non vacuum sed vndiquaq; instructissimum introducere. Hinc Christus ad prædicationem Euangelij emissurus suos Apostolos genus humanum *omnes creaturæ* nomine insigniuit, cum Mar. 16. dixit: *prædicate Euangelium, &c.*

S. Greg. hęc verba exponens ho. 29. ait:

Omnis creaturæ nominis signatur homo. Omnis enim creaturæ aliquid habet homo. Nam habet commune esse cum lapidibus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, &c.

33. Quomodo creauit Deus hominem ad imaginem suam?

Quia erat in intellectu eius lux agnitionis diuinæ, in voluntate conformitas cum lege Dei, & in omnibus viribus cum Deo ἀρχετύπῳ congruentia, & summa perfectio Eph. 4. in hac ergo imagine vel hoc obiecto conspici poterant Dei bonitas, sapientia, castitas, iustitia, aliæque virtutes. hinc iussit nos Deus sanctos esse quia ipse sanctus, misericordes sicut ipse, bonos ad exemplar ipsius, in luce ambulare in spiritu & veritate esse ad imitationem ipsius, cuius filij sumus, 2. Cor. 3.

34. Cur homo quantumuis impius priuatim & iniuste perhibetur occidi?

Quia ad Dei imaginem est factus quam dicitur percussor talis destruere.

35. Quanto desiderio tenetur Deus salutis humanæ?

Cypr. *Maiori tenetur desiderio salutis nostræ quam*

quam mulier desiderio partus. O igitur *anima* (licet mihi exclamare atq; gloriari cum S. Bernhardo) *insignita* Dei *imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta Christi sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, hæres salutis, particeps rationis, quid tibi cum carne?*

36. Quomodo homo habet aliquid quod conuenit cum summo, & aliquid quod conuenit cum infimo?

Habet, inquit S. Greg. *immortalitatem spiritus cum angelo, mortalitatem corporis cum iumento. anima igitur si ad* Deum *per rationem cõuertitur, illuminatur, melioratur, & perficitur. Si vero per affectiones ad creaturas conuertitur, obscuratur, corrumpitur, & deterioratur. Quamuis enim anima in se considerata immortalis sit & perpetua, paßibilis tamen est ex colligatione corporis cui est coniuncta.*

37. Cur forma seu figura corporis humani est erecta cum tamen cætera omnia animantia ad terram proclinent?

Cic. 1. de leg. ait: *Cum cæteras animantes abiecisset (natura) ad pastum, solum hominem erexit, & ad cæli quasi cognationis domiciliique*

pristini conspectum excitauit. Lactant. Firm. lib. de opificio Dei vel formatione hominis c. 8. ait: *Cum statuisset Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere cælestem cætera vniuersa terrena, hunc ad cæli contemplationem rigidum erexit, bipedemq; constituit, scilicet vt eadem spectaret vnde illi & origo est. illa vero depressit ad terram, vt quia nulla his immortalitatis exspectatio est toto corpore in humum proiecto ventri pabuloq; seruirent.* Ouid. *Pronaq;*, &c. S. Bern. ait: *Quid indecentius quam curuum in recto corpore animum gerere? Erubesco anima mea volutari in cœno, quia in cælo tuum habes πολίτευμα, & ad cælestia facta es.*

Hæc erecta corporis nostri forma est symbolum rectitudinis animæ imo totius hominis, qua corpus subiectum erat animæ, anima spiritui, & spiritus Deo. Hinc Ecclesiastes cap. 7. *Deus creauit hominem rectum*, rectum ad Deum, nō curuum ad creaturas.

38. Quibus in rebus elucet hominis ingenium?

In oculis, loculis, & poculis. in poculis quia

quia vinum abunde pectora nostra recludit. Hinc Horat.

Reges dicuntur multis vrgere culullis
Et torquere mero quem perspexisse laborant,
An sit amicitia dignus.

39. Cur tanta in hominibus seu in tanta hominum copia vultuum diuersitas inuenitur?

Nemesius lib. de homine ait: Quis videns formas in tot millibus hominum discrepantes & nusquam per omnia conuenientes non hoc opus admiretur? Et caussam secum reputans comperiet Dei prouidentiæ imputãdum quod tanta formarum in hominibus diuersitas sit. Considera enim si eundem perpetuo characterem seruarent, quanta omnium rerum confusio sequeretur, quanta ignorantia homines occuparet, dum neq; domesticum, neq; alienum cognoscerent, neq; hostem & malum ab amico & bono discernerent? Haud dubium quin, vt Anaxag. dicebat, omnia in vnum permista essent, Si enim se res ita haberet, nihil obstaret, quo minus quis so

toribus aut matribus cõsuesceret, aut prædaretur, aut in propatulo iniuriam irrogaret si tantum in præsens effugeret. Etenim postea conspectus non agnosceretur.

Capvt XXIIII.

DE INVIDIA.

1. *Quid præcipuè confert oculorum perspicacitati?*

CVm in conspectu Friderici Regis esset inter Physicos quæstio quid præcipue conferret oculorum perspicuitati, alijq; fœniculi afflatum dicerent, alij Vini vsum, alij aliud, *Actius Syncerus* rari vir ingenij, & magnæ nobilitatis *at ego*, inquit, *inuidiam aio*, obstupuerunt hoc dicto adeo medici vt ab auditoribus derisui haberentur. cum ipse: *an non inuidia maiora & pleniora omnia videri facit?* quid autem oculis magis præsentaneum quàm vt vis ipsa aspiciendi maior reddatur atq; vegetior? protulitq; statim Ouidianos istos Versus ex lib. 2. de arte.

Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

2. Quo-

2. Quomodo inuidia iniustißima simul & iustiß. est?

Iniustiss. est quia bonis omnibus molesta est, iustiss. quia eos lædit à quibus fouetur. iustius inuidia nihil est, quæ primitus ipsum

Authorem rodit discruciatq́3 suum.

Inuidia est fera quæ seipsam comedit.

Greg. Gladius inuidiæ cor inuidentis perforat & incessanter excruciat.

Horat. lib. 1. ep. 2. Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Et alius:

Nil aliud nisi se valet ardens Æthna cremare,
Sic se non alios inuidus ipse cremat.

Inuidus inuidia comburitur intus & extra.

3 Qua res omnium pessima rem omnium optimam comitatur?

Inuidia vt vmbra corpus sequitur lucem virtutis

Vt rosa suaue olens spinis miscetur acutis
Sic virtutis honos pungitur inuidia.

4. Quomodo inuidia potest vitari?

Sic inuidiam fugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua non iactaueris. Sen. ep. 105. Magni interdũ viri vt securi viuerent,

& virtutem ad tempus & ingenium occultarunt. *Francis. Petrarch.* de rem. for. lib. 1. Dial. 92.

Si velis inuidiæ morsus vitare furentes,
Infelix fias, non petet inuidia.

5. Quid innuit inuidus dum inuidet?

Se inferiorem esse ostendit, quia apud humiles duntaxat animos habitat & in altos dirigitur liuida illa Dea. v. de medicina q. 12.

CAPVT XXV.
DE IRA.

1 Quid vult Seneca, cum dicit, aut Regem aut fatuum nasci oportere?

AVt domandos esse ratione affectus, aut stultitiam nos prodere nostram, vel Regem nasci oportere vt iniurias possit vlcisci aut futurum vt omnium rerum quasi sensum abijciat & sine vlla cura viuat.

2. Qui homines præ cæteris sunt irritabiles?

Vetus est Prou. *à lasso rixa quæritur.* addo esurientem, sitientem, & omnē hominem quem

quem aliqua res vrit, facile ad iram prouocari. Plaut. in amphit. *Fames & mora bilem in nares conciunt.* hinc apud eundem aliquis iracundius loquentem rogat, quampridem edisset?

3. *Quod est optimum iniuriarum remedium?* Obliuio. hinc Themistocles, teste Cic. 4. de fin. & 4. Acad. cum ei Simonides Philosophus aut quis alius artem memoriæ polliceretur, *Obliuiones*, inquit, *mallem, nam memini eorum quæ nolo, obliuisci non possum quæ volo.*

Caput XXVI.

DE IVSTITIA.

1. *Cur iustitia pingitur cum bilance, gladio &c. caussam reddit hic dialogismus*

Quæ Dea? iustitia, át cur toruo lumine spectas?
Nescia sum flecti, nec moueor precio.
Vnde genus? cælo, qui te genuere parentes?
Mî modus est genitor, clara fides genitrix.
Cur gladium tua dextra gerit, cur læua bilãcem?
Ponderat hæc caussas, percutit illa reos.
Auriũ aperta tibi cur altera, & altera clausa est?
Vna patet iustis, altera surda malis.

Cur sola incedis? quia copia rara bonorum est:
Hac referunt paucos sæcula Fabricios.
Paupere cur cultu? semper iustissimus esse
Qui cupit, immensos nemo parabit opes.

2. *Quomodo litigantium in foro simultas potest tolli?*

1. Tigurini duo (ait Io. Paulus in Iocoserijs) fortunas suas litigando inuicem attriuerant. alter eorum suam & aduersarij dementiam sero tandem perspiciens, armatus cum filio ad ędes aduersarij descendit. Is ad vim repellendam accurrens cum seruo, caussam aduentus rogat. Tum ille: *Et religione sacrosancta & priuatis incommodis adductus contentionem tanto iam tempore magno vtriusque nostrum cum discrimine alitam & conseruatam depositurus adsum. filium habeo animo probum, manu strenuum, ei filiam tuam bene moratam virginem in connubium deposco, vt his veluti obsidibus beneuolentia mutua sanciatur.* inexspectata hac aduersarij mansuetudine obstupescens alter, amicis conuocatis, filiam suam aduersarij filio despondit. 2. Parum conueniebat teste Gilb. Cog. li. 1. Nar-

rat

rat. inter duos quosdam cognatos de re diuidenda. Cumq; neuter alteri vellet concedere, res eo spectabat, vt iretur in ius, & iudicum sententijs controuersia finiretur. Adibantur aduocati, parabantur dicæ, res erat cum iureconsultis. Aditi iudices, contestata lis, cœpit agi caussa, hoc est bellum susceptum est. ibi alter maturè resipiscens aduersarium priuatim accersitum his verbis alloquitur: *Principio parum decorum est vt quos natura copulauit, pecunia dissociet. Deinde est incertus litis euentus haud minus quam belli, Suscipere nobis in manu est, finire non est. De centum aureis tota lis est. Eius summæ duplum in notarios, in promotores, in aduocatos, in iureconsultos, in iudices, in iudicum amicos expendetur, si legibus experiamur. Hic erit inseruiendum, adulandum, dandum, interim taceo curas ambiendi cursitandiq; labores. Deniq; vt maxime vincam, plus est tamen incommodi quam commodi. Quin potius ipsi nobis sapimus quàm istis prædonibus, & in hos male collocandam pecuniam inter nos partimur? Concede dimidium de tuo, ego tãtundem de meo concedam. ita & amicitiam nostram alioqui perituram lucrifaciemus, & tãtam molestiam effugiemus.*

Cur sola incedis? quia copia rara bonorum est
Hac referunt paucos sæcula Fabricios.
Paupere cur cultu? semper iustißimus esse
Qui cupit, immensos nemo parabit opes.

2. *Quomodo litigantium in foro simultas potest tolli?*

1. Tigurini duo (ait Io. Paulus in Iocoserijs) fortunas suas litigando inuicem attriuerant. alter eorum suam & aduersarij dementiam sero tandem perspiciens, armatus cum filio ad ędes aduersarij descendit. Is ad vim repellendam accurrens cum seruo, caussam aduentus rogat. Tum ille: *Et religione sacrosancta & priuatis incommodis adductus contentionem tanto iam tempore magno vtriusque nostrum cum discrimine alitam & conseruatam depositurus adsum. filium habeo animo probum, manu strenuum, ei filiam tuam bene moratam virginem in connubium deposco, vt his veluti obsidibus* [illegible] *ciatur.* inexspectata [illegible] udine obst[illegible] is, fili[illegible] .2. Pa[illegible] i. Nar[illegible]

rat. inter duos quoſdam cognatos de re diuidenda. Cumq; neuter alteri vellet concedere, res eo ſpectabat, vt iretur in ius, & iudicum ſententijs controuerſia finiretur. Adibantur aduocati, parabantur dicæ, res erat cum iureconſultis. Aditi iudices, conteſtata lis, cœpit agi cauſſa, hoc eſt bellum ſuſceptum eſt. ibi alter maturè reſipiſcens aduerſarium priuatim accerſitum his verbis alloquitur: *Principio parum decorum eſt vt quos natura copulauit, pecunia diſſociet. Deinde eſt incertus litis euentus haud minus quam belli, Suſcipere nobis in manu eſt, finire non eſt. Decem um aureis tota lis eſt. Eius ſummæ duplum in notarios, in promotores, in aduocatos, in iureconſultos, in iudices, in iudicum amicos expendetur, ſi legibus experiamur. Hic erit inſeruiendum, adulandum, dandum, interim taceo curas ambiendi curſitandiq; labores. Deniq; vt maxime vincam,* [illegible] *amen incommodi quam commod*[illegible]*is ſapimus quàm iſtis præ*[illegible]*locandam pecuniam in*[illegible] *dimidium de tuo, ego* [illegible] *ita & amicitiam no*[illegible]*rifaciemus, & tãtam*

I 6 Quod

Quod si recusas quicquam concedere, ego vel vniuersum negotium tuo permitto arbitratui, malo penes amicum sit hæc pecunia quam penes insatiabiles illos prædones. Abunde magnum fecero lucrum, si & famæ pepercero & amicum seruauero, & tantum effugero molestiarum. Mouit aduersarium tum rei veritas, tum cognati festiuitas. Rem trāsegerunt iratis aduocatis, & iudicibus, quos coruos, delusere hiantes. v. in Loco de conuiuijs q. 20.

3. *Quomodo iudicis manus vnguntur à corruptoribus?*

Non oleo sed auro & argento. hinc illud colloquium iudicis corrupti cum suo corruptore:

Heus aperi. Tu quis? *Tuus est.* quid quæris? *vt intrem.*
Fers aliquid? *non.* esto foris. *fero.* quid? *satis.* intra.
Quid fers? *oua,* quid ille? *capos.* quid tertius? *agnum.*
Nemo magis? *Sunt qui adducunt.* quid? *cum boue porcum*
Vos laudo. tamen hi forsan plus iuris habebunt.

Dic quare? ova, capos, sus bos male perdit, & agnum.

Sic & Iur. C. quidam oblatum cuiusdam caussæ haud ita bonæ patrocinium recusauit, nec precibus ad eius defensionem adduci potuit. Verum cum solicitator non mediocrem summam aureorum Hungaricorum quibus impressæ erant cataphractæ bellatoris imagines ipsi proiecisset, exclamasse dicitur: *Captiuum me tenes, quis enim tot armatis resisteret?* Qui hoc pacto argentangina & rapacicatis morbo laborabant, isti olim *Mulctores Reip.* vocabantur quod populi pecunias emulgerent. opus esset ipsis aliquo Cambyse.

4. Vnde iustitia habet nomen?

Iustitia dicitur quasi Vistitia, ius enim obruitur vi. hinc ille.

Dic mihi quid quæso toto iam regnat in orbe
Dic tribus hoc verbis, litterulisq; tribus?
Non verbis tribus, ast vna respondeo voce
Ius, vel transpositis, Vis, male litterulis.
Ius & Vis *apices paruo discrimine distant,*
Ius nunc mūdus habet, vim quia semper habet.

Iustitiam enim non æqua lance sed sæua lancea exhibet, führet das recht in der faust vnd in der Scheiden.

5. Cur Chrysippus apud Gell. li. 14. c. 4. iustitiã facit forma ac filo virginali, aspectu vehementi & formidabili luminibus oculorum acribus, reuerenda cuiusdam tristitia dignitate?

Vt significet iustitiæ antistitem debere esse grauem, sanctũ, seuerũ, incorruptum, contraq; nocentes inexorabilem.

6 Quod est iustitia fundamentum?

Vt non facias vlli quod pati nolis. Hierocles Ethnicus dixit; Cum vnoquoq; sic agas tanquam tu illius indueris personam, ille tuam. Matth. 7.

7. Quid sibi volebant leones Salomonis throno seu tribunali adhibiti?

Adumbrabant iudicem populi seu Regem cõfidentem esse debere sicut leonẽ & presentis animi 1. Reg. 10. 2. Par. 9 Pro. 28.

8. Cur balneatores sunt homines æquissimi?

Quia pauperi vt diuiti æquis portionibus calorem in balneo administrant.

9. Cur

9. Cur iuuenes ad res iudicandas non admittuntur?

1. Quia in iuuenibus magnę & vehementes sunt animi cõmotiones quas illi sæpius quam rationem sequuntur. 2. quia de moribus adolescentium nihil adhuc certo sciri potest. mutantur enim, vt ait Horat. in horas & improbum quidem esse aliquem vt cognoscas vel vnus dies sufficit, vt ait Theognis, at diu vixerit oportet de cuius probitate certum iudicium fiat 3. in iudice requiritur longus rerum vsus qui cadere in adolescentem non potest. οὐ νεὸν, ait Plato lib. 3. de Rep. ἀλλὰ γέροντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν κρίτην εἶναι.

10. Cur antiquitus egeni & exhausti homines non facile ad iudicandum admittebantur?

Quia, cum pleriq; paupertatem omni ratione fugiendam putent, verendum videbatur ne sæpe tales iudices non tã rationẽ muneris sui quã magnitudinem munerum aliorum cõsiderarent, neue libentius in nummorũ quàm in argumẽtorum quæ vtrinq; adferrẽtur põderibus expẽdendis occu-

occuparentur, & vtrius grauior esset manus eius caussam quoque meliorem videri pronunciarent.

11. *Cur Areopagitæ litium controuersias noctu & obscura luce, nunquam die, iudicabant?*

Vt procul ab omni affectu qui animos in diuersum agit facta solū cognoscerent personas non viderent. Thebani vt incorruptam iustitiam significarent nec variari gratia, iudicum imagines sine manibus, principis vero sine oculis in foro proposuere, vt signis ostenderent iudices affectibus capi non oportere. apud Areopagitas etiam fuit lege cautum vt qui causam dicit nec procemio vtatur, nec ad misericordiam aut inuidiā adducat, quippe mouere affectus per præconem prohibebatur orator ne cui plus in misericordia quam in caussa spei esset. Alex. ab Alex. li. 3. gen. dierum, c. 3. Ant. Mur. ait Orat. 2. Quo iudicia integriora & incorruptiora essent nomina eorum de quibus ageretur in Areopago reticeri solita quidam tradide-

runt

runt, vt nulla prorsus personarum ratione habita de rebus tantum ipsis iudicaretur. apud Areopagitas etiam Oratores præconis voce nihil verborum extra rem facere & neq; prooemijs vti neque epilogis iubebantur. Multum enim in iudicijs peruertendis potest eloquentia.

CAPVT XXVII.

DE LABORE ET OTIO.

1. *Vbi habitat eruditio?*

ARistoteles interrogatus vbi habitarent Musæ, respondit ἐν ταῖς τῶν φιλοπόνων ψυχαῖς, in laborum studiosis animis. S. Hieron. ait in ep. Litteræ marsupium non sequuntur, sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum non satietatis, continentiæ non luxuriæ.

2. *Quinam labores omnium sunt grauissimi?*

Docentis, imperantis in bello, precantis, parturientis, atterunt enim corpus, & tanquam ex imis medullis succum exhauriunt, senium mortemq́; accelerant.

3. Quod-

& virtutem ad tempus & ingenium occultarunt. *Francis. Petrarch.* de rem. for. lib. I. Dial. 92.

Si velis inuidiæ morsus vitare furentes,
Infelix fias, non petet inuidia.

5. *Quid innuit inuidus dum inuidet?*

Se inferiorem esse ostendit, quia apud humiles duntaxat animos habitat & in altos dirigitur liuida illa Dea. v. de medicina q. 12.

CAPVT XXV.

DE IRA.

1. *Quid vult Seneca, cum dicit, aut Regem aut fatuum nasci oportere?*

AVt domandos esse ratione affectus, aut stultitiam nos prodere nostram, vel Regem nasci oportere vt iniurias possit vlcisci aut futurum vt omnium rerum quasi sensum abijciat & sine vlla cura viuat.

2. *Qui homines præ cæteris sunt irritabiles?*

Vetus est Prou. *à lasso rixa quæritur.* addo esurientem, sitientem, & omnẽ hominem quem

quem aliqua res vrit, facile ad iram prouocari. Plaut. in amphit. *Fames & mora bilem in nares conciunt.* hinc apud eundem aliquis iracundius loquentem rogat, quampridem edisset?

3. *Quod est optimum iniuriarum remedium?*

Obliuio. hinc Themistocles, teste Cic. 4. de fin. & 4. Acad. cum ei Simonides Philosophus aut quis alius artem memoriæ polliceretur, *Obliuiones*, inquit, *mallem, nam memini eorum quæ nolo, oblitisci non possum quæ volo.*

CAPVT XXVI.

DE IVSTITIA.

1. *Cur iustitia pingitur cum bilance, gladio &c. caussam reddit hic dialogismus*

Quæ Dea? iustitia, at cur toruo lumine spectas?
Nescia sum flecti, nec moueor precio.
Vnde genus? cælo, qui te genuere parentes?
Mî modus est genitor, clara fides genitrix.
Cur gladium tua dextra gerit, cur læua bilãcem?
Ponderat hæc caussas, percutit illa reos.
Auriũ aperta tibi cur altera, & altera clausa est?
Vna patet iustis, altera surda malis.

Cur sola incedis? quia copia rara bonorum est
Haec referunt paucos saecula Fabricios.
Paupere cur cultu? semper iustissimus esse
Qui cupit, immensos nemo parabit opes.

2. Quomodo litigantium in foro simultas potest tolli?

1. Tigurini duo (ait Io. Paulus in Iocoserijs) fortunas suas litigando inuicem attriuerant. alter eorum suam & aduersarij dementiam sero tandem perspiciens, armatus cum filio ad ędes aduersarij descendit. Is ad vim repellendam accurrens cum seruo, caussam aduentus rogat. Tum ille: *Et religione sacrosancta & priuatis incommodis adductus contentionem tanto iam tempore magno vtriusque nostrum cum discrimine alitam & conseruatam depositurus adsum. filium habeo animo probum, manu strenuum, ei filiam tuam bene moratam virginem in connubium deposco, vt his veluti obsidibus beneuolentia mutua sanciatur.* inexspectata hac aduersarij mansuetudine obstupescens alter, amicis conuocatis, filiam suam aduersarij filio despondit. 2. Parum conueniebat teste Gilb. Cog. li. 1. Narrat

rat. inter duos quosdam cognatos de re diuidenda. Cumq; neuter alteri vellet concedere, res eo spectabat, vt iretur in ius, & iudicum sententijs controuersia finiretur. Adibantur aduocati, parabantur dicæ, res erat cum iureconsultis. Aditi iudices, contestata lis, cœpit agi caussa, hoc est bellum susceptum est. ibi alter maturè resipiscens aduersarium priuatim accersitum his verbis alloquitur: *Principio parum decorum est vt quos natura copulauit, pecunia dissociet. Deinde est incertus litis euentus haud minus quam belli, Suscipere nobis in manu est, finire non est. De centum aureis tota lis est. Eius summæ duplum in notarios, in promotores, in aduocatos, in iureconsultos, in iudices, in iudicum amicos expendetur, si legibus experiamur. Hic erit inseruiendum, adulandum, dandum, interim taceo curas ambiendi cursitandiq; labores. Deniq; vt maxime vincam, plus est tamen incommodi quam commodi. Quin potius ipsi nobis sapimus quàm istis prædonibus, & in hos male collocandam pecuniam inter nos partimur? Concede dimidium de tuo, ego tãtundem de meo concedam. ita & amicitiam nostram alioqui perituram lucrifaciemus, & tãtam molestiam effugiemus.*

Quod si recusas quicquam concedere, ego vel vniuersum negotium tuo permitto arbitratui, malo penes amicum sit hæc pecunia quam penes insatiabiles illos prædones. Abunde magnum fecero lucrum, si & famæ pepercero & amicum seruauero, & tantum effugero molestiarum. Mouit aduersarium tum rei veritas, tum cognati festiuitas. Rem trãsegerunt iratis aduocatis, & iudicibus, quos coruos, delusere hiantes. v. in Loco de conuiuijs q. 20.

3. *Quomodo iudicis manus vnguntur à corruptoribus?*

Non oleo sed auro & argento. hinc illud colloquium iudicis corrupti cum suo corruptore:

Heus aperi. Tu quis? *Tuus est.* quid quæris? *vt intrem.*
Fers aliquid? *non.* esto foris. *fero.* quid? *satis.* intra.
Quid fers? oua, quid ille? *capos.* quid tertius? *agnum.*
Nemo magis? *Sunt qui adducunt.* quid? *cum boue porcum*
Vos laudo. tamen hi forsan plus iuris habebunt.

Dic

Dic quare? ova, capos, sus bos male perdit, & agnum.

Sic & Iur. C. quidam oblatum cuiusdam caussæ haud ita bonæ patrocinium recusauit, nec precibus ad eius defensionem adduci potuit. Verum cum solicitator non mediocrem summam aureorum Hungaricorum quibus impressæ erant cataphractæ bellatoris imagines ipsi proiecisset, exclamasse dicitur: *Captiuum me tenes, quis enim tot armatis resisteret?* Qui hoc pacto argentangina & rapacitatis morbo laborabant, isti olim *Mulctores Reip.* vocabantur quod populi pecunias emulgerent. opus esset ipsis aliquo Cambyse.

4. Vnde iustitia habet nomen?

Iustitia dicitur quasi Vistitia, ius enim obruitur vi. hinc ille.

Dic mihi quid quæso toto iam regnat in orbe
Dic tribus hoc verbis, litterulisq; tribus?
Non verbis tribus, ast vna respondeo voce
Ius, vel transpositis, Vis, male litterulis.
Ius *&* Vis *apices paruo discrimine distant,*
Ius nunc mūdus habet, vim quia semper habet.

Iustitiam enim non æqua lance sed sæua lancea exhibet, führet das recht in der faust vnd in der Scheiden.

5. Cur Chrysippus apud Gell. li. 14. c. 4. iustitiā facit forma ac filo virginali, aspectu vehementi & formidabili luminibus oculorum acribus, reuerenda cuiusdam tristitiæ dignitate?

Vt significet iustitiæ antistitem debere esse grauem, sanctū, seuerū, incorruptum, contraq; nocentes inexorabilem.

6 Quod est iustitiæ fundamentum?

Vt non facias vlli quod pati nolis. Hierocles Ethnicus dixit; Cum vnoquoq; sic agas tanquam tu illius indueris personam, ille tuam. Matth. 7.

7. Quid sibi volebant leones Salomonis throno seu tribunali adhibiti?

Adumbrabant iudicem populi seu Regem cōfidentem esse debere sicut leonē & præsentis animi 1. Reg. 10. 2. Par. 9 Pro. 28.

8. Cur balneatores sunt homines æquissimi?

Quia pauperi vt diuiti æquis portionibus calorem in balneo administrant.

9. Cur

9. Cur iuuenes ad res iudicandas non admittuntur?

1. Quia in iuuenibus magnę & vehementes sunt animi cõmotiones quas illi sæpius quam rationem sequuntur. 2. quia de moribus adolescentium nihil adhuc certo sciri potest. mutantur enim, vt ait Horat. in horas & improbum quidem esse aliquem vt cognoscas vel vnus dies sufficit, vt ait Theognis, at diu vixerit oportet de cuius probitate certum iudicium fiat 3. in iudice requiritur longus rerum vsus qui cadere in adolescentem non potest. οὐ νέον, ait Plato lib. 3. de Rep. ἀλλὰ γέροντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν κρίτην εἶναι.

10. Cur antiquitus egeni & exhausti homines non facile ad iudicandum admittebantur?

Quia, cum pleriq; paupertatem omni ratione fugiendam putent, verendum videbatur ne sæpe tales iudices non tã rationẽ muneris sui quã magnitudinem munerum aliorum cõsiderarent, neue libentius in nummorũ quàm in argumẽtorum quæ vtrinq; adferrẽtur põderibus expẽdendis occu-

occuparentur, & vtrius grauior esset manus eius caussam quoque meliorem videri pronunciarent.

11. *Cur Areopagitæ litium controuersias noctu & obscura luce, nunquam die, iudicabant?*

Vt procul ab omni affectu qui animos in diuersum agit facta solū cognoscerent personas non viderent. Thebani vt incorruptam iustitiam significarent nec variari gratia, iudicum imagines sine manibus, principis vero sine oculis in foro proposuere, vt signis ostenderent iudices affectibus capi non oportere. apud Areopagitas etiam fuit lege cautum vt qui causam dicit nec procemio vtatur, nec ad misericordiam aut inuidiā adducat, quippe mouere affectus per præconem prohibebatur orator ne cui plus in misericordia quam in caussa spei esset. Alex. ab Alex. li.3. gen. dierum, c.3. Ant. Mur. ait Orat. 2. Quo iudicia integriora & incorruptiora essent nomina eorum de quibus ageretur in Areopago reticeri solita quidam tradiderunt

sunt, vt nulla prorsus personarum ratione habita de rebus tantum ipsis iudicaretur. apud Areopagitas etiam Oratores præconis voce nihil verborum extra rem facere & neq; procemijs vti neque epilogis iubebantur. Multum enim in iudicijs peruertendis potest eloquentia.

CAPVT XXVII.

DE LABORE ET OTIO.

1. Vbi habitat eruditio?

ARistoteles interrogatus vbi habitarent Musæ, respondit ἐν ταῖς τῶν φιλοπόνων ψυχαῖς, in laborum studiosis animis. S. Hieron. ait in ep. Litteræ marsupium non sequuntur, sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum non satietatis, continentiæ non luxuriæ.

2. Quinam labores omnium sunt grauissimi?

Docentis, imperantis in bello, precantis, parturientis, atterunt enim corpus, & tanquam ex imis medullis succum exhauriunt, senium mortemq; accelerant.

3 Quodam inter omnia manuum opera est præstantißimum?

Greg. Naz. Optimum opus manuũ esse censet in cælos eas extendere ad precesq; pandere.

Optimum opus manuum, has in cælum extendere puras,
Atq; suo castas fundere ab ore preces.

4. Qui incidunt in paupertatem?

Prodigus, gulosus, piger, & rixosus.

5. Qui parui æstimant alienum laborem?

Qui parum curant laborem.

CAPVT XXVIII.

DE LAPIDIBVS.

1. Quis lapis est preciosißimus?

MOlaris, cũ eo ad vitæ humanæ vsum carere neutiquam possimus.

2. In quo conueniunt Magnetes (lapides) & magnates?

Cuncta trahunt ad se Magnates aurea, sicut
Ad se Magnetes ferrea cuncta trahunt.

3. Cur pumex si conteratur seipso grauior est?

Quia exprimitur aër q erat causa leuitatis.

CA-

CAPVT XXIX.

DE LIBIDINE.

1. Cur Terentius (in Eun. act. 1. Sc. 1.) meretricem vocat fundi calamitatem?

QVOD grandinem crassiorem quæ calamos comminuat. Nam quod nos capere oportet, ait seruus, hæc intercipit. certe vix vnquam sese attollit ista seges quam semel illa calamitas depressit. Theocr. (in messorib.) puellam depastricem alieni patrimonij locustam appellat quæ messem destinatam agricolis intercipere consueuit. multis minus nocuit iratus & armatus Mars quam nuda & placabilis Venus.

2. Inter grauißimos labores Hercules ecquis fuit omnium maximus & difficilimus?

Lenam non potuit, potuit superare leænam,
Quem fera non potuit vincere, vicit hera (impudicus amor).

CAPVT XXX.

DE LIBRIS.

1. Vtrum me lius est viua voce an scripto docere?

Est vox viua licet verbum, *vox mortua scriptum.*
Scripta *diu viuunt, non ita* verba *diu.*

Plin. Beatos puto quibus Deorum munere datum est aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos vero quibus vtrunque.

2. Quo ænigmate significatur liber?

Quanquam non ferulas didîci tolerare magistri,
Me schola discipulum non odiosa tulit,
Diuersis non sum linguis excultus & arte,
Non studijs operam nocte dieq́; dedi.
Me tamen vtuntur saui Doctore magistri
Et quoscunq; animo discere multa iuuat.
Diuersas doceo solertes ordine linguas,
Hinc artes magna dexteritate bonas
In terris quicquid vulgauit turba Sophorum
Mors rapuit multos quos grauis ante dies,
Quidquid & hoc vsquam cõscribunt tẽpore docti,
Indicio discis sedulus omne meo,

Non

Non Regum vereor navos taxare potentum
Non scelus, vt metuant conciliare malum.

3. Quomodo mens patet in libro?

Vt vultus in speculo. Sidon.

4. Cur periculosum est hoc aeuo scribere libros?

Quia multi inueniuntur adeo peruerso, vel, vt verius dicam, liuido ingenio, vt, quanquam ipsi interim dum auctores librorum labori incumbunt, deambulatum abierint; dum illi vigilarunt, ipsi dormierint; dū illi ieiuni fuerunt, ipsi epulati sint; dum illi libros voluerunt, ipsi in flagitijs se volutarint; hoc tamen posthabito potestatem sibi sumant alienum opus censendi, approbandi, ac damnandi, perinde ac si authoritate Platonem apud Græcos aut eloquentia Ciceronem inter Romanos æquarent.

5. Quare libri liberis erunt chariores?

Quia mentis filij præstantiores sunt filijs corporis. Plato.

CAPVT XXXI.

DE LINGVA.

1. *Cur pleriq; podagrici sunt loquaces?*

QVia pedes habent in lingua, respondebat ille. Alphõsus interrogatus cur podagrici cæteris sint loquaciores, respõdit, eos pedum vicio afflictos ambulare non posse, ideoque lingua velut ambulatione quadam eos crebrius vti solere. Panor. li. 3. de gestis Alphonsi.

2. *Quomodo comparari inter se commodè possunt tres linguæ matrices?*

Hebræi bibunt fontes, Græci riuos, Latini paludes. Cicero linguã Græcorũ, ambitiosæ confert meretrici quæ multo luxu superfluit, Latinorum honestæ ac pudicæ matronæ, cui nihil deest ad quod honestã pertinet munditiem.

3. *Quanam lingua est omnium antiquissima, sanctissima, potentissima?*

Hebrea est omnium antiquissima, & sanctissima; Grçca omnium ditissima, Latina omnium potẽtissima & patentissima. postquam homines cœperunt θεομαχεῖν,

coacti

coacti quoq; sunt λογομαχεῖν, seu varijs inter se linguis discordare. Gen. 10. 11.

4. Quid hoc, quod ipsum loqui nescit, vocem non intelligit, & tamen loquentis vocem reticere non potest?

Echo, quam aëris & linguæ filiam vocat Ausonius.

5. Cur linguæ Regum sunt longiores ipsorum manibus?

Cum Ouid. in ep. Heroid. dicat, *An nescis longas regibus esse manus?*
Quia multa dicunt quæ reipsa exequi non valent.

Capvt XXXII.

DE LITTERIS.

1. Quæ litteræ sunt fortissimæ & robustissimæ?

O & E, illa si ad equos proferatur illorum cursum inhibet & in medio cursu plaustra volantia sistit. hæc in lingua Germanica cōiungit sponsam & maritum vt nūquam nisi per morté diuelli possint.

2. Qui

2. Qui conniuæ qui litteras referre debent?

Senes, docti, prudentes, vsuperiti erunt *Vocales*, earumq; vox erit plurima. fœminæ & iuuenes erunt semiuocales, possunt interdum interfari & interrogati breuiter modesteq; respondebunt, pueri & virgines erunt *muta*, audiant cæteros, discāt non temere quicquid in buccam venit effutire. Sic Thomas Aquinas inter æquales pueros ob taciturnitatem Bos mutus per iocum appellabatur sed magister perspecto ingenij ipsius acumine, Bos hic, inquit, si mugire cœperit totum orbem boatu suo replebit.

CAPVT XXXIII.

DE MAGIA MALEFICA.

1. Cur malefici maleficia sua execranda sacratioribus plerumq; temporibus parant, exercent, promouent?

RESpondet D. Thom. p. 2. q. 1. art. 4. his verbis: 1. Vt sic malefici non solum perfidi per apostasiam à fide, verum etiam sacrilegi vitium incurrant atque ita ipse crea-

creator amplius offendatur, & grauius in proprijs animabus maleficæ condemnentur. 1. Quia cum Deus sic grauius offendatur, maiorem potestatem sæuiendi in homines & puniendi illos habent. 3. Vt maiori opportunitate plures ruere faciant, præsertim iuuenculas quæ festiuis diebus otio, & curiositatibus, dum amplius insistunt eo facilius à maleficis vetulis seducuntur, &c.

2. Licetne auxilium petere à maleficis?

M. Ioannes Hœchstrassen S. Theol. Professor Col. docuit an. 1512. edito de hac quæstione libro, quam grauiter quærentes auxilium à maleficis peccent. Scripsit de hac re F. Iacobus Gandensis hoc epigramma:

Si qua valetudo fato grassante sinistro
Corpora curari nescia tristis agat
Herba licet pariat nihil anticyrea salutis
Nilq; Machaonicis potio mixta viris.
Iuppiter è rapido post vota precesq; dolori
Nec succursuram miserit axe manum,
Nulla fides vnquam tamen est adhibenda magijs
Et temere infandã hanc nemo requiret opem.

Elige Deo dilecto emori, quam Deo offenso viuere. Leu.19.v.31. Non declinetis ad magos c.21.v.6. anima &c. Deut.18. v.10. Deut.31. v.1.

S. Chrysost. li. contra Iudæos: Medicinam, inquit, à dæmonibus expetis. Cum abirent in porcos Christi permissu dæmones in mare statim illos præcipitarunt. (Matth.8. v.31.) & hominum corporibus parcant? eiecerunt ex paradiso, honore cælesti orbarunt, & corpus curabunt? &c. De hac q. fuse Maiolus in diebus canic. pag. 648 &c.

3. *Licetne à dæmone inquirere veritatem de rebus furto ablatis vel amissis?*

Semper est peccatum à dæmonibus inquirere, & apostasia, Dæmon etiam facile suo mendacio hominem inducere potest ad credendum pessima de innocentibus. Et si forte verum dicat, hoc tamen ideo facit vt miseros homines ipsum cõsulentes ad suam societatem alliciat, & aliquod pactum salem tacitum secum habeat, S. Tho. 2.2 q.95. art.4. *Nulla vtilitas tẽporalis cõparari potest detrimẽto salutis spiritualis, quod imminet ex*

net ex inquisitione per dæmonum inuocationem. Qui ergo pro recuperatione rerum perditarũ maleficos vel diuinos cõsulunt ij execrabile sacrilegiũ cõmittunt, quia propter rei vilis recuperationem tradunt animam suam Satanæ in æternam perditionem.

Capvt XXXIV.

DE MANSVETVDINE.

1. *Quæ virtus Ecclesiasticorum maxime conuertit peccatores?*

MAnsuetudo. Sic Ioannis Euangelistę mãsuetudo statim latronem furentem fecit mitescere. Euseb. li. 2. c. 17. Erat (vt habent vitæ SS. Patrũ, p. 2. c. 141.) Paphnutius abbas egregius Christi athleta, nunquam vinum gustans, incidit ille aliquando in latrones qui eum nouerant etiam à vino abstinere. Dux igitur huiusmodi latronũ amplissimo cõpleto vini calice strictoq; ense sic ad Paphnutium; *Nisi hunc calicẽ ebiberis occidam te*, Paphnutius absq; mora ebibit. Tunc latro sibi ignosci à Paphnutio postulauit, ꝙ eum de re huiusmodi tẽtasset, Respõdit perbenignè Paphnutius:

Deus retribuet isto atque altero seculo tibi, ob oblatum vini calicem. quo responso statim & dux & reliqui latrones omnes deinceps ab impio genere vitę sponte abstinuerunt. Phil. 3. Omnibus omnia factus sum vt omnes lucrifacerem. v. q. 15. de ambit.

Capvt XXXV.
DE MEDICINA.

1. Cur Iurisconsulti ferentes opem litibus ægrorum debent pracedere medicos ferentes opem morbis ægrorum?

QVia cum Magistratus de facinorosis sumit supplicium fur præcedit, carnifex sequitur. Sed hæc caussa duntaxat pertinet ad malos. I. C. & Medicos qui vulturum instar tantum ad prædas & cadauera inhiant.

2. Medicus quot habet facies?

Tres Medicus facies habet, vnã, quando rogatur,
Angelicam, mox est cum iuuat, ipse Deus,
Ast vbi curato poscit sua munera morbo,
Horridus apparet terribilisque Satan.
Ergo Medice accipe dum dolet.

3. Cur

3. Cur Nicocles medicos imperitos & ab arte medendi imparatos felices affirmabat?

Quoniam ſucceſſus eorum ſol intueretur, errores vero eorum tellus operiret.

4. Quando Medici omnium peſſimè habent?

Cum reliqui omniũ optimè. Stob. ſer. 102.

5. Quænam ſupplent medicorum vices?

Hippocrates quærenti conſilium de ſanitate tuenda reſpondet, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια, cibi, potus, ſomni, venus, omnia moderata ſint Medicorum Scholæ dicunt:

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant,
Hæc tria, mens hilaris, Requies, moderata diata
Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum
Curas tolle graues, iraſci crede profanum,
Parce mero, cœnato parum, non ſit tibi vanum.
Surgere poſt epulas, ſomnum fuge meridianum.
Nec mictum retine, nec comprime fortiter anum,
Hæc bene ſi ſerues tu longo tempore viues.

6. Cur homo alijs non poteſt eſſe perfectus Medicus ſed tantum ſibi ſoli?

HOmo nõ habet meliorem ſeipſo me-

 dicum

dicum, nec melius medicamentum quam sobriam vitam. Nam quiuis diuersis experientijs potest cognoscere naturæ suæ conditionem suasq; occultas proprietates, qualis cibis ac potus & quę mensura naturę suę cõgruat. Hęc tamen nõ ita possunt cognosci in alijs, quia opus longa experientia & obseruatione exactissima, quam circa alios nõ facile habere possumus præsertim. cum maior sit diuersitas temperamentorum quam vultuum.

7. Cur is qui sobriam vitam sectatur non potest in morbum incidere? imo raro & exiguo tempore se sentit indispositum?

Quia ratio illa viuendi sustulit mali causam (repletionem) qua sublata tollitur effectus (morbus).

8. Quisnam est medicus omnium præstantissimus?

Christus animæ medicus de quo S. August. super Ioan. ait: Magnus per totũ mundum iacebat ęgrotus (genus humanũ) ideo magnus venit medicus cuius liuore sanati sumus, Bernard. Vulneribus Christi fit medicina meis.

9. Quid

9. Quid est Cuius nos nulla vnquam capit satietas?

Sanitas.

10. Cuius artis plurimi sunt Professores?

Medicinæ, ſicut is expertus eſt cui præ foribus templi ſtanti & ſimulante ſe dentium dolore laborare admodum multi remedium præſcribebant.

11. Quomodo Cæcus poteſt eſſe oculatior vidente?

Alphonſi Aragonij temporibus Agrigenti (quæ Siciliæ ciuitas eſt) vir cęcus fuit aſtutiſſimus qui cum quingentos aureos haberet nummos veritus ne ſibi furto adimerentur, in agro eos defodit. Quod cum forte quidam non longe ab eo loco habitans vidiſſet, ſequenti die effoſſam inde pecuniam abſtulit. Cæcus poſt aliquot dies ad locum redijt, vt pecuniam quæreret. Quam cum non inueniſſet, coniectura aſſecutus eſt, nullum alium quam dictum vicinum abſtuliſſe. itaque rem diſſimulat, itque poſt aliquot dies vicinum conueniens, ſub iuriſiurandi fide

vt melius tegeretur astus, ceu amico communicat, se alias pecuniã defodisse, & cum tantundem nunc etiam haberet, petere se ab amico consilium, deberetne simul cum alia defodere, aut seorsim eam apud se retinere, amicus qui hanc quoque cęci pecuniam vt aliam auferre cuperet, suasit vt cum alia defoderet, & ne cæcus si primam abesse pecuniam inuenisset, hanc quam se habere nunc dicebat illic deponere abstineret, primam illic vt ante erat reposuit. Cæcus illuc profectus cum pecuniam inuenisset, arbitraretur q́; id quod erat, amicum haud longe ab eo loco abesse, exclamauit, Hac in re amice, oculatior vidente cæcus fuit. Fulgos. lib. 7. c. 3. Panorm. lib. 3. de dictis & factis Alph.

12. Quodnam est optimum collyrium?

Cum inter doctos quosdam præsente Friderico Aragoniæ Rege sermo de ijs rebus quibus visus acuitur incidisset & alius hoc alius aliud adferret, Sannazarius optimum oculorum remedium inuidiam sibi videri dixit cũ inuidis aliena omnia maiora

iora appareant, subiecitque hos Vers. Ouidij. *Fertilior seges est*. v. q. 1. de inuidia.

13. Qui medici offendunt ægros?

Garruli. Menander dicit eiusmodi medicos esse alterum languentium morbum hoc Senario:

ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος·

Medicus loquax alter languenti morbus est.

14. Quinam homines sunt liberrimi?

Medici qui homines impunè occidunt, & quibus etiam homicidium adfert mercedem. Plin. lib. 29. c. 1.

14. Quid significat non oportet collyrio vno omnibus oculorum morbis mederi?

Non oportere easdem leges, admonitiones, & obiurgationes omnibus admouere, sed sermonem attemperandum esse pro temporum & ingeniorum varietate. Non enim est eruditi medici vno ad omnes oculorum morbos vti medicamine, apud Sozom. lib. 2. ca. 2. febris ex flaua bile orta purgatione alui curatur, &c.

16. Quod est signum populi recte valentis?

Pauper medicus.

17. Quid recreat visum?

Fons, speculum, gramen oculis hæc dant releuamen. mane igitur montes sub serum inquirito fontes.

18. Qua seruanda est dieta & quomodo administranda medicina?

Omnibus adsuetam iubeo seruare dietam, &c.
Quale, quid, & quãdo, quantũ, quoties, vbi dandũ
Ista notare cibo debet medicus bene doctus.

Capvt XXXVI.

DE MENDACIO.

1. Quos comites & asseclas habet Mendacium?

TEnebras, 1. quia tandem obscuratur. 2. quia tenebras amat quibus se inuoluat ac tueatur, è contrario veritatis comes Lux est.

2. Vtrum difficilius est veritatem dicere an mentiri?

Mentiri. Laboriosa sunt figmenta mendacij.

3. Veri-

3. *Veritas quid reformidat?*

Abscondi erubescit, ait Tertull. adu. Valent. cap. 3. Nihil enim magis metuit quàm non proferri in publicum, vult se in luce ac conscientia omnium mortalium collocari. *Veritatem tacere est aurum sepelire*, ait Euagrius.

4. *Estne probrosum à veritate vinci?*

Clemens 2. lib. Recog. Si quis à veritate vincatur nõ ipse vincitur, sed ignorantia in ipso est quæ est dæmon pessimus. & sic victus cum victore coronatur.

5. *A quibus in primis auditur verum?*

Si secretarum seriem vis noscere rerum,
Ebrius, insipiens, pueri, dicent tibi verum.

CAPVT XXXVII.
DE METEORIS.

1. *Quid prosunt nobis venti?*

1. Ventilant & salubrem reddunt aërem, qui si immotus staret, putresceret & pestilẽti qualitate concepta homines & animãtia extingueret. Loca enim cõclusa q̃ multo tẽpore pflata nõ fuere, pestifera reddũ-

2. Deferunt nubes per aërem, ac regionibus dispertiunt, ne omni rigatione cælesti priuatæ prorsus reddantur retorridæ, steriles, & animantium habitationi ineptiæ. Mare enim potissimum est quod nubibus materiam subministrat, è cuius vasto sinu directè & assiduè soli oppanso magna vaporum copia vi solis sursum attrahitur quæ in nubes coacta vi frigoris postea refunditur. itaq; nisi venti has nubes alio deferrent omnis pluuia directe in mare, vnde eius hausta est materia relaberetur, & vniuersa terra sterilis ac inutilis relinqueretur, atq; adeo omnes fontes & omnia flumina breui exhausta cessarent. 3. Necessarij sunt venti ad inutilem terrę humorem absumendum, ad corpora viuentium recreanda, ad fructus maturandos ad molas ad haustra, & similes machinas, ad vsum nauigationis.

2. Quam vtilitatem habent niues?

Præterquam quod maxima flumina & fontes qui ex altissimis montibus ortum habent perennant, terram quoque instar velleris instrati fouent, eius calore intus

cohi-

cohibito, & ne gelu profundius penetrans vim ſeminalem extinguat prohibet. Hinc maximam fertilitatem & ſegetum copiam adferunt.

3. Quam montes?

Hi ſeruiunt ad vim ventorum frangendam, qui, ſi omnia plana eſſent, nec quicquam inuenirent quod eorum retardaret impetum longe magis ſæuirent & grauia mortalibus damna inferrent. Hinc fit vt multo magis in vaſto mari vbi nulla ſunt obſtacula & omnia æquabilia, quam in medijs terræ locis dominentur & vigeant. Deinde ad regiones & regna diſterminanda. Sunt enim veluti magnarum regionum limites quibus ambitio mortalium & dominandi libido coercetur ne ſine fine ad vexandos ſubiugandoſque finitimos ſe effundat. Itaq; per montes ſingulorum regnorum cõſulitur ſecuritati & infinitæ bellorum clades per montium difficiles & inacceſſos tranſitus impediuntur.

Suppeditant etiam materiam ſtructuris, & omnia fere metalla & varia gemmarum genera ex ipſorum viſceribus & venis

 eruun-

eruuntur, vel ad eorum radices effodiuntur. Suggerunt quoq; ad vſus medicos pretioſas radices, & infinitam herbarum varietatem, nec non præſtantiſſima vina & oliuæ in montibus proueniunt. Poſtremo continent origines fontium ac fluminum, illiſq; alimenta ſubminiſtrāt ad perpetuitatem.

4. *Dic rogo cur toties deſcendit ab æthere nimbus,*
Grandoq; de cælis ſic ſine fine cadit?

Mortales quoniam nolunt ſua crimina flere,
Cælum pro nobis ſoluitur in lacrymas.

5. Was iſts: Es flog ein Vogel Federloß/
auff einen Baume blätterloß/
Da kam die Frawe Mundeloß/ vñ fraß den
Vogel Federloß.

Significatur hoc ænigmate nix ſole cōſumpta quę in arborem deciderat. tum autem cum nix cadit arbores folijs viduatæ ſunt ſeu carent. Hadr. Iun. de eadem niue.

Candidior cygni plumis ſum filia Brumæ,
Dura minus glacie, ſed nec nimis algida, fungo.
Nix. *Rarior, ac fluidum in laticem tabeſco tepore.*
Ix *Signo ſi fuerit n littera prima reciſa,*

Cor-

Cornix *Cor mihi si iũgas vix est auis atrior vlla.*

6. Quo ænigmate significatur Iris?

Si fugio sequitur, sed me fugit illa sequentem?
Res mira & varia est, dic mihi quæso quid est?

7. Vbi locorum non cadunt niues?

In mari, quia calidos emittit vapores qui niuem statim soluunt, nec in monte olympo nix est neq; ventus, neque pluuia, quia vertice suo mediam aëris regionem transcendit.

8. Vbi interdum rubent niues?

Apud Armenios, qa loca illa scatẽt minio.

9. Quodnam frigidißimum rebus calidißimis conseruatur?

Nix paleis & acere velut fascijs cõmunita diutissime cõseruatur illæsa. & eadem palea poma immatura, vt loquitur S. Aug. de civ. Dei li. 21. c. 4. maturat.

Cur aspectus fulguris antecedit perceptionem tonitrui, seu cur fulgur prius conspicitur quam tonitruum audiatur cum tamen tonitrua priora sint tempore quam fulgura?

Quia aspectus auditũ anteuertit, vt patet in re-

in remigatione, in qua dum remi aquam feriunt & ex ea tolluntur posterior remigatio cernitur, antequam prioris sonus ad auditũ perueniat. cum enim imaginum visibilium traiectio momentanea sit, proposita re spectabili non eget oculus mora temporis ad rem conspiciendam, audibiles vero species non nisi tempore ad aures perferuntur, proindeq; necessario aliqua mora interijci debet antequam sonus percipiatur. Accidit tamen nonnunquam vt inspectio fulguris non antecedat tonitrui auditum, quia exhalatio antequam flammam corripiat nubem diu concutit & tonitruum edit.

11. *Cur fulmina feriunt sæpius summos montes & prealtas turres?*

Quia cum plerumq; obliquè ferantur celsissima queq; eis obuiam fiunt, ideoque in ea frequenter impingunt. Sen. li. 2. nat. qq. c. 28 Obliquè autem feruntur, quia natura ignis sursum vocat, vis vero qua è nube deiectus fuit deorsum premit, atq; ita dum neutra vis alteri cedit neç in supera nec

nec in infima commeat, ſed media fertur via, donec victo ignis conatu ad terras deſcendat.

12. Cur fulmen alia comminuit, alia non?

Sacculis nullo modo combuſtis aurum, æs, & argentum conflat intus, manente vagina enſem liquat, inuiolato ligno circa pila ferrum diſſoluit, integra carne, & interdum nulla ignis aut ictus nota exterius apparente oſſa comminuit, & vniuerſim firmiora vehementius diſſipat obteritq́; cum lapide, ferro ac duriſſimis quibuſq́ue confligit, teneris & rarioribus licet flammis opportuna videantur, parcit: Cauſſa eſt, quia in ijs quę ignis traiectui obſiſtunt, qualia ſunt dura & denſa, neceſſe eſt fulmen dum eorum cõtumaciam vincit moram trahere, atq; adeo in ea vim ſuam imprimere; cui tamen imprimendę motus celeritas locum non dat. in alijs vero quæ tenuia & rara ſunt, vbi fulmen vim ſuam reſiſtentem non inuenit, per poros, & occulta foramina celerrime atq; adeo ſine iniuria tranſcurrit.

13. Cur

13. *Cur cum fulgura vulnus intulerunt vulnerata pars longe frigidior est reliquis corporis partibus, cum tamen fulgur ignitum sit?*

Quia ignita omnia cum refrigerantur frigidiora solito fiunt. Plin. lib. 2. c. 54.

CAPVT XXXVIII.

DE MORTE.

1. *Quomodo verum est quod dicebat ille, pauperes ingluuie, diuites fame, clericos frigore perire?*

QVando pauper aliquis in morbum incidit statim omnes cognati & propinqui alius hunc alius alium cibum congerunt, vnde ille inusitatarum deliciarum auidus ita sese implet vt stomacho nimium grauato cruditate tandē moriatur. Diuites ad euacuādas superfluorum ciborum reliquias tam tenui ac rigida diæta à medicis constringuntur vt debilitatem inde contractam vix vnquā restaurare possint. Clerici qui nec cōiuges nec liberos habēt quamprimum ægrotare incipiunt famuli, domestici, vicini, cognati, & vestem qua se tegunt,

tegunt, & lectum in quo cubãt viuis etiam ac videntibus auferunt, vt frigore mori cogantur.

2. *Quotuplicem mortem agnoscis?*

Triplicem quæ hoc dicto insinuatur: Qui moritur (vitijs) ante quam moritur (corpore) non moritur (morte æterna) quando moritur (morte corporis).

M *ordens*
O *mnia*
R *ostro*
S *uo.*

3. *Qui sunt qui orant pro omnibus, defendunt omnes: pascunt omnes & tamen omnes tandem pessum eunt?*

In veteri quadã pictura Pontifex cum toto clero ait: Ego oro pro vobis omnibus, Cæsar cum Electoribus: Ego defendo vos omnes, Rusticus cũ sacco farinæ: Ego alo vos omnes. Tandem mors ait: Ego deuoro vos omnes. ὑποτύπωσιν mortis & vitæ. v. 12. Ecclesiastes.

4. *Quot modis homo moritur?*

Ecce sumus puluis sumus ecce miserrima tellus
Et nostri fugiunt, vt leuis aura, dies. *Mille*

Mille modis morimur mortales, nascimur vno,
Sunt hominum morbi mille, sed vna salus.

5. Quorum mors est melior quàm imago mortis?

Piorum qui per angusta ad augusta penetrant, & mortem non tàm funus quam fœnus esse ducunt: Eos cum mors rodit ipsorum cor ridet, & læti lethum vincunt non plangunt nec se angunt sed plaudunt quando vitam claudunt. ad hanc properemus, & nos præparemus.

6. Quomodo ad mortem nos praparare debemus?

Agapetus in admonit. ad Iustin. ait: *Mors omnibus voraces suos dentes infligit.* Ergo ante illius ineluctabilem aduentum opum copiam trāsportemus in cælum. Nemo enim quę collegit in mundo illuc profectus abducet, sed omnibus in terra derelictis nudus de vita sua reddet rationem.

7. Quot sunt nuntij mortis?

Hugo (de animæ claustro li. 2.) tres recenset, casum, infirmitatem, senectutem,

casus

casus dubia (mortem latentem) infirmitas grauia (mortem apparentem) senectus certa (præsentem) denunciat.

Iuuenal. Sat. 9. Obrepit non intellecta senectus. Sursum ergo cursum nostrum dirigamus, & minantem, imminentem, & exterminantem mortem attendamus ne simul cũ corporis fractura animæ iacturam faciamus.

Si desipit qui despicit
Caducus immortalia
Sane sapit qui despicit
Æternus hac mortalia.

8. Cur omnes mortui (tres, filius viduæ, filia Iairi, & Lazarus) quos Christus excitauit iuuenes fuerunt?

Vt coërceret iuuenum ferociam. ideo & Abel ante Adamum, qui mortem intulit in mundum mortuus est.

9. Quæ occidunt hominem ante tempus?

Vxor formosa, tristis familia, immoderatus cibus ac potus, aër corruptus.

10. Quid morte beata est beatius?

Nihil. Apoc. 14. *Beati mortui qui in Domino moriun-*

moriuntur. Fridericus Pulcher Imp. dicere solebat, *Summum hominis bonum esse bonum ex hac vita exitum.* quia mors beata non solum quies ærumnarum est (vt Salustio placet) & (vt ait Eurip.) malorum remedium maximum, aut (vt Sophocles ait) morborum medicus vltimus, sed & via vel ianua vitæ (immortalis) Psal. 115. *Pretiosa mors sanctorum in facie Domini.* Cæl. Calcagninus:

Vt tibi mors felix contingat, viuere disce,
Vt felix possis viuere, disce mori. VVolf.
Vna est viuendi ac moriendi regula rectè,
Vt moriare pius viuere disce piè.

Ouid. *Viue pius, moriere pius.*

11. Quid rerum futurarum homini Delphico tripode certius est?

Semel calcandam viam lethi.

12. Quid obscurissimũ est incertissimumq́ue, quodq́ue hominem maxime latet?

Quo tẽporis puncto sit mortem obiturus.

13. Quare mortui coronis insigniuntur?

Epictetus Philosophus ab Adriano Cæsare, qui videbat cadauer serto redimitum

tum ad ſepulchrum ferri, hoc rogatus reſpondit, ſic indicari quod labores & ęrumnas ſeu moleſtiarum immenſum pondus huius vitæ morte ſuperarint, & ad meliorem vitam tranſeuntes quaſi triumphent.

14. Quinam etiã poſt mortem minas ſpirant?

Quorum ſepulchra ſumptuoſe ædificantur, inſignibus & armis ornantur. v. Eſa. 22. v. 16.

15. Quando homo ſe ipſo longior eſt?

Poſt mortem, das machet ſtrecken. hinc ille ad ſuam vxorem dicebat: O mea tu, quã libenter te paulo longiorem (mortuam) viderem.

15. Cur ex medulla (ſpina) hominis mortui putreſcentis gignuntur vermes & ſerpentes, & ſerpit animans immaniſſimum ex manſuetiſſimo?

Eo monſtratur fœditas peccati, author calamitatum omnium & corruptionis noſtrę, vt & irreconciliabile odiũ, antiquum ſerpentem nõ ſolum viuentibus nobis inſidiari, verũ etiam mortuos laniare & depaſcere nõ ceſſare. Aug. ſer. 48. ad fratr. in Eremo. apertis ſepulchris in capitibus inuenietis bufones ſaltantes &c.

17. *Describe choream mortalium, den Todtentanz?*

Olim Senes decrepiti qui iam alterum pedem in ſepulchro habebant eam ſic repræſentabant canentes, *Videte quid ſimus, eritis quod ſumus, fuimus quod eſtis,* Ergo *Quid ſis, quid fueris, quid eris, ſemper mediteris.*

18. *Cur Catholici funera ſuorum ducunt cum cereis, ſeu facibus & lampadibus?*

Vt teſtentur emortuos vt filios lucis ambulaſſe, vt filios lucis hinc exceſſiſſe opera lucis operatos eſſe, & tandem ſpe lucis æternæ obtinẽdæ vitã hanc mortalem finiuiſſe, Chryſoſt. hom. 4. in ep. ad Heb.

19. *Cur hæretici hanc cereorum cæremoniam non ferunt & ſuos ſine vlla lampadum aut facium luce ſepeliunt?*

An quia non ſunt filij lucis? an quia male agunt, eamque ob cauſſam lucem oderunt? An quia ad tenebras exteriores ſuos ire præſentiunt?

CAPVT

CAPVT XXXIX.

DE MVLIERIBVS.

1. Cur Pythagoras dicebat (aurum igni) auro fœminas (viros fœminis) probari?

Ob earum fragilitatem.

2. Cur mulieres libenter aspiciunt viros?

Quia ex eorum costis factæ sunt. cum mulier quędam virum grauem lasciuo obtutu adspexit ille indignatus, *Quin tu*, inquit, *terram potius intuēris*. at illa; *Hoc magis*, ait, *te facere par est, cū ex ea viri efformati sint, at quis nobis viros aspicere prohibeat, è quorum costis factæ sumus?*

3. Cur pudor fœmina cum lasciuo amatore colloquentis magno in periculo versatur?

Quia præsidiarij ad colloquium vel conditiones ferendas redacti ab expugnatione parum absunt. hinc casta mulier valde molesto amatori respondit: *Virgo patris, nunc vxor mariti subiecta sum imperio, ideoq́; si placet ex ipso intelligere poteris quid à me fieri velit.*

eruuntur, vel ad eorum radices effodiuntur. Suggerunt quoq; ad vsus medicos pretiosas radices, & infinitam herbarum varietatem, nec non præstantissima vina & oliuæ in montibus proueniunt. Postremo continent origines fontium ac fluminum, illisq́; alimenta subministrãt ad perpetuitatem.

4. *Dic rogo cur toties descendit ab æthere nimbus,*
Grandoq́; de cælis sic sine fine cadit?

Mortales quoniam nolunt sua crimina flere,
Cælum pro nobis soluitur in lacrymas.

5. Was ists: Es flog ein Vogel Federloß/
auff einen Baume blätterloß/
Da kam die Frawe Mundeloß/ vñ fraß den
Vogel Federloß.

Significatur hoc ænigmate nix sole cõsumpta quę in arborem deciderat. tum autem cum nix cadit arbores folijs viduatæ sunt seu carent. Hadr. Iun. de eadem niue.

Candidior cygni plumis sum filia Brumæ,
Dura minus glacie, sed nec nimis algida, fungo.
Nix. *Rarior, ac fluidum in laticem tabesco tepore.*
Ix *Signo si fuerit n littera prima recisa,*

Cor-

Cornix *Cor mihi si iũgas vix est auis atrior vlla.*

6. Quo ænigmate significatur Iris?

Si fugio sequitur, sed me fugit illa sequentem?
Res mira & varia est, dic mihi quæso quid est?

7. Vbi locorum non cadunt niues?

In mari, quia calidos emittit vapores qui niuem statim soluunt, nec in monte olympo nix est neq; ventus, neque pluuia, quia vertice suo mediam aëris regionem transcendit.

8. Vbi interdum rubent niues?

Apud Armenios, qa loca illa scatẽt minio.

9. Quodnam frigidißimum rebus calidißimis conseruatur?

Nix paleis & acere velut fascijs cõmunita diutissime cõseruatur illæsa. & eadem palea poma immatura, vt loquitur S. Aug. de civ. Dei li. 21. c. 4. maturat.

Cur aspectus fulguris antecedit perceptionem tonitrui, seu cur fulgur prius conspicitur quam tonitruum audiatur cum tamen tonitrua priora sint tempore quam fulgura?

Quia aspectus auditũ anteuertit, vt patet in re-

in remigatione, in qua dum remi aquam feriunt & ex ea tolluntur posterior remigatio cernitur, antequam prioris sonus ad auditũ perueniat. cum enim imaginum visibilium traiectio momentanea sit, proposita re spectabili non eget oculus mora temporis ad rem conspiciendam, audibiles vero species non nisi tempore ad aures perferuntur, proindeq; necessario aliqua mora interijci debet antequam sonus percipiatur. Accidit tamen nonnunquam vt inspectio fulguris non antecedat tonitrui auditum, quia exhalatio antequam flammam corripiat nubem diu concutit & tonitruum edit.

11. *Cur fulmina feriunt sæpius summos montes & prææltas turres?*

Quia cum plerumq; obliquè ferantur celsissima queq; eis obuiam fiunt, ideoque in ea frequenter impingunt. Sen. li. 2. nat. qq. c. 28 Obliquè autem feruntur, quia natura ignis sursum vocat, vis vero qua è nube deiectus fuit deorsum premit, atq; ita dum neutra vis alteri cedit neç in supera

nec

nec in infima commeat, ſed media fertur via, donec victo ignis conatu ad terras deſcendat.

12. Cur fulmen alia comminuit, alia non?

Sacculis nullo modo combuſtis aurum, æs, & argentum conflat intus, manente vagina enſem liquat, inuiolato ligno circa pila ferrum diſſoluit, integra carne, & interdum nulla ignis aut ictus nota exterius apparente oſſa comminuit, & vniuerſim firmiora vehementius diſſipat obteritq́; cum lapide, ferro ac duriſſimis quibuſq́ue confligit, teneris & rarioribus licet flammis opportuna videantur, parcit: Cauſſa eſt, quia in ijs quę ignis traiectui obſiſtunt, qualia ſunt dura & denſa, neceſſe eſt fulmen dum eorum cõtumaciam vincit moram trahere, atq; adeo in ea vim ſuam imprimere; cui tamen imprimendę motus celeritas locum non dat. in alijs vero quæ tenuia & rara ſunt, vbi fulmen vim ſuam reſiſtentem non inuenit, per poros, & occulta foramina celerrime atq; adeo ſine iniuria tranſcurrit.

13. Cur

13. *Cur cum fulgura vulnus intulerunt vulnerata pars longe frigidior est reliquis corporis partibus, cum tamen fulgur ignitum sit?*

Quia ignita omnia cum refrigerantur frigidiora solito fiunt. Plin. lib. 2. c. 54.

Capvt XXXVIII.

DE MORTE.

1. *Quomodo verum est quod dicebat ille, pauperes ingluuie, diuites fame, clericos frigore perire?*

QVando pauper aliquis in morbum incidit statim omnes cognati & propinqui alius hunc alius alium cibum congerunt, vnde ille inusitatarum deliciarum auidus ita sese implet vt stomacho nimium grauato cruditate tandē moriatur. Diuites ad euacuādas superfluorum ciborum reliquias tam tenui ac rigida diæta à medicis constringuntur vt debilitatem inde contractam vix vnquā restaurare possint. Clerici qui nec cōiuges nec liberos habēt quamprimum ægrotare incipiunt famuli, domestici, vicini, cognati, & vestem qua se tegunt,

tegunt, & lectum in quo cubãt viuis etiam ac videntibus auferunt, vt frigore mori cogantur.

2. *Quotuplicem mortem agnoscis?*

Triplicem quæ hoc dicto insinuatur: Qui moritur (vitijs) ante quam moritur (corpore) non moritur (morte æterna) quando moritur (morte corporis).

M *ordens*
O *mnia*
R *ostro*
S *uo.*

3. *Qui sunt qui orant pro omnibus, defendunt omnes, pascunt omnes & tamen omnes tandem pessum eunt?*

In veteri quadã pictura Pontifex cum toto clero ait: Ego oro pro vobis omnibus, Cæsar cum Electoribus: Ego defendo vos omnes, Rusticus cũ sacco farinæ: Ego alo vos omnes. Tandem mors ait: Ego deuoro vos omnes. ὑποτύπωσιν mortis & vitæ. v. 12. Ecclesiastes.

4. *Quot modis homo moritur?*

Ecce sumus puluis sumus ecce miserrima tellus
Et nostri fugiunt, vt leuis aura, dies.

Mille

Mille modis morimur mortales, nascimur vno,
Sunt hominum morbi mille, sed vna salus.

5. *Quorum mors est melior quàm imago mortis?*

Piorum qui per angusta ad augusta penetrant, & mortem non tàm funus quam fœnus esse ducunt: Eos cum mors rodit ipsorum cor ridet, & læti lethum vincunt non plangunt nec se angunt sed plaudunt quando vitam claudunt. ad hanc properemus, & nos præparemus.

6. *Quomodo ad mortem nos praparare debemus?*

Agapetus in admonit. ad Iustin. ait: *Mors omnibus voraces suos dentes infligit.* Ergo ante illius ineluctabilem aduentum opum copiam trāsportemus in cælum. Nemo enim quę collegit in mundo illuc profectus abducet, sed omnibus in terra derelictis nudus de vita sua reddet rationem.

7. *Quot sunt nuntij mortis?*

Hugo (de animæ claustro li. 2.) tres recenset, casum, infirmitatem, senectutem,

casus

casus dubia (mortem latentem) infirmitas grauia(mortem apparentem)senectus certa(præsentem)denunciat.

Iuuenal.Sat.9. Obrepit non intellecta senectus.Sursum ergo cursum nostrum dirigamus,& minantem,imminentem,&exterminantem mortem attendamus ne simul cũ corporis fractura animæ iacturam faciamus.

Si desipit qui despicit
Caducus immortalia
Sane sapit qui despicit
Æternus hæc mortalia.

8. Cur omnes mortui(tres,filius viduæ,filia Iairi, & Lazarus) quos Christus excitauit iuuenes fuerunt?

Vt coërceret iuuenum ferociam. ideo & Abel ante Adamum, qui mortem intulit in mundum mortuus est.

9. Quæ occidunt hominem ante tempus?

Vxor formosa, tristis familia, immoderatus cibus ac potus,aër corruptus.

10. Quid morte beata est beatius?

Nihil. Apoc.14.*Beati mortui qui in Domino moriun-*

moriuntur. Fridericus Pulcher Imp. dicere solebat, *Summum hominis bonum esse bonum ex hac vita exitum.* quia mors beata non solum quies ærumnarum est (vt Salustio placet) & (vt ait Eurip.) malorum remedium maximum, aut (vt Sophocles ait) morborum medicus vltimus, sed & via vel ianua vitæ (immortalis) Psal. 115. *Pretiosa mors sanctorum in facie Domini.* Cæl. Calcagninus:

Vt tibi mors felix contingat, viuere disce,
Vt felix possis viuere, disce mori. VVolf.
Vna est viuendi ac moriendi regula rectè,
Vt moriare pius viuere disce piè.

Ouid. *Viue pius, moriere pius.*

11. Quid rerum futurarum homini Delphico tripode certius est?

Semel calcandam viam lethi.

12. Quid obscurissimũ est incertissimumq́; quodq́; hominem maxime latet?

Quo tẽporis puncto sit mortem obiturus.

13. Quare mortui coronis insigniuntur?

Epictetus Philosophus ab Adriano Cæsare, qui videbat cadauer serto redimi-

tum

tum ad sepulchrum ferri, hoc rogatus respondit, sic indicari quod labores & ærumnas seu molestiarum immensum pondus huius vitæ morte superarint, & ad meliorem vitam transeuntes quasi triumphent.

14. Quinam etiã post mortem minas spirant?

Quorum sepulchra sumptuose ædificantur, insignibus & armis ornantur. v. Esa. 22. v. 16.

15. Quando homo se ipso longior est?

Post mortem, das machet streckbeyn. hinc ille ad suam vxorem dicebat: O mea tu, quã libenter te paulo longiorem (mortuam) viderem.

15. Cur ex medulla (spina) hominis mortui putrescentis gignuntur vermes & serpentes, & serpit animans immanissimum ex mansuetissimo?

Eo monstratur fœditas peccati, author calamitatum omnium & corruptionis nostræ, vt & irreconciliabile odiũ, antiquum serpentem nõ solum viuentibus nobis insidiari, verũ etiam mortuos laniare & depascere nõ cessare. Aug. ser. 48. ad fratr. in Eremo. apertis sepulchris in capitibus inuenietis bufones saltantes &c.

17. De-

CAPVT XXXIX.

DE MVLIERIBVS.

1. Cur Pythagoras dicebat (aurum igni) auro fœminas (viros fœminis) probari?

Ob earum fragilitatem.

2. Cur mulieres libenter aspiciunt viros?

Quia ex eorum costis factæ sunt. cum mulier quędam virum grauem lasciuo obtutu adspexit ille indignatus, *Quin tu*, inquit, *terram potius intueris*. at illa; *Hoc magis*, ait, *te facere par est, cũ ex ea viri efformati sint, at quis nobis viros aspicere prohibeat, è quorum costis factæ sumus?*

3. Cur pudor fœminæ cum lasciuo amatore colloquentis magno in periculo versatur?

Quia præsidiarij ad colloquium vel conditiones ferendas redacti ab expugnatione parum absunt. hinc casta mulier valde molesto amatori respondit: *Virgo patris, nunc vxor mariti subiecta sum imperio, ideoq. si placet ex ipso intelligere poteris quid à me fieri velit.*

4. *Quæ mulier est mala, quæ peior, quæ pessima? & contra quæ bona, quæ melior, quæ optima?*

Vxor, amice, tibi est semper mala, cũ male tractas
Fit peior, sed fit pessima, quando benè.
Sed bona si moriatur erit, melior tamen, id si
Te faciat viuo, ast optima, si propere. Morus.

5. *Qui fit vt fœminarum numerus mares vt plurimum superet?*

Quia in naturæ vniuersitate semper deteriorum maior est affluentia quam rerũ pretiosarum.

6. *Quot genera lacrymarum sunt in oculis mulierum?*

Duo, vnum veri doloris, alterum insidiarum. Ouid. de rem. amor. lib. 2.

Vt flerent oculos erudiere suos,
Hæ Spuriæ lacrymæ sunt aqua omniũ fallacissima.

7. *Cur oculis plorandi facultas indita est?*

Quia oculi fuerunt fons, fomes ac origo peccandi. Gen. 3. 8.

8. *Quæ muliebris supellex quæ maxime vtuntur?*

Vniuersam armaturam in lingua habent.

9. *Quæ-*

9. Quænam mala domum vehementer infestant?

Sunt mala terna domus, imber, mala fœmina, fumus.
Quartum cũ mane surgunt pueri sine pane.

Drey seindt eim Hauß vberlegen/
Der Rauch/ein böß Weib/vnd der Regen/
Das vierdt beschwerts auch vberauß/
Viel Kinder vnd kein Brot im Hauß.

10. Quot mulieres faciunt nundinas?

Quatuor, mulieri enim verba desunt vt lusciniæ cantio.

11. Suntne Eunuchi viris concenturiandi an vero mulieribus?

Theobaldus Camerinorum princeps cum Beneuentanis suppetias mitteret, & cum Græcis manus consereret, fugauit eos, & quotquot cepit euiratos remisit, addens ignominię risum: *Quandoquidem*, inquit, *imperator vester Constantinus Eunuchis gaudet, quotquot emiserit gallos. capos remittam.* Erat autem in castris mulier quæ virum captum sequebatur magnis eiulatibus. Nouitate rei mot⁹ princeps iussit adesse fœminã ꝓpius, & quid peteret quęsiuit. Tũ illa fidentius:

 Quid

Quid est, inquit, *quod viri fortissimi bellum fœminis indixistis? quid in vos deliquit sexus infirmior?* Ad quam Camerinus: *Et quis, malum fœminis nisi Amazonibus bellum inferat?* Tum mulier, *Quando*, inquit, *ideo pugnatis vt victos emasculetis, non cum alijs quam cum fœminis bellum geritis. Omnis substantia & quidquid etiam possident auferatur, dummodo viros relinquatis habent vnde consolationem accipiant fœminæ. Hac vero parte truncatos si remittitis non viros sed fœminas spoliatis.* Promeruit libertas dicacis fœminæ vt virũ cum omni prędareciperet. Tum Camerinus ad eam: *Quid*, inquit, *vis vt faciam viro tuo si posthac pugnans contra me capiatur?* at illa: *oculos & aures cũ naso amittat modo vir ad me redeat.* Hac dicti festiuitate & sibi & viro profuit. Crantzius lib. 3. cap. 9. Metropoleos. Luitprandus lib. 4. cap. 4. rerum in Europa gestarum.

12. Cur mulieres comburunt pilos suos.

Quia tẽpore menstrui materia pilorum ascendit, recte asserere videtur Alb: Si pilus mulieris menstruosę ponatur sub fimo ex illo generari serpentem venenosum.

13. *Cur mulieris materia paulo nobilier est quam viri?*

Quia vir ex Luto informi compactus extra paradysi locum, mulier in ipso paradiso & ex nobilissima viuentcq; Adami substantia efformata est (ex costa dormientis).

14. *Vnde partus & parentum est dissimilitudo?*

Ob imaginationem mulieris in conceptu, vti docet exemplū Ouium Iacob (Genes.30.) quæ coëuntes conspectis varij coloris virgis maculosos quoq; fœtus concipiebant. S. Aug. Aduersus Iulian. lib.5.c.9. ait: Soranus medicus narrat Cyprium Regem eo quod ipse deformis esset nec tales habere filios vellet, vxori suæ in concubitu formosam proponere solere picturam, cuius pulchritudinem cōcupiscendo quodam modo raperet & in prolem quam cōcipiebat, afficiendo transmitteret.

v. lib. 2. retract. cap. 62. v. de coniugio.

15. Vnde orta est fabula de Ioanne VIII. Moguntino simul & Anglo pontifice, fœmina in senectute concipiente?

Panduphus quidam Pisanus pōtificum seriem & perbreuem historiam cōtexuit in qua, vt cæteri ante eum omnes, nullam huiusce fœminæ memoriam fecit, & cum Leoni IV. statim Benedictum III. subiecisset inter eos vacantis sedis dies tantum 15. interfuisse tradit. postea lōgo pòst tempore diuersis admodum characteribus voluminis huius Pisani in margine adiecta hæc est fabula, inter Leonem & Benedictum fuisse mulierem, senem concepisse, Athenis studuisse (euersa iam multis annorum lustris illa Academia) Romę incognitum fuisse, nullis initiatum ordinibus in summum pontificem fuisse promotum, Moguntia ortum, & simul Anglum fuisse, biennio vixisse, cum inter Leonem & Benedictum, inter quos hæc fœmina constituitur 15. solum dies intercurrant. ab hac additione in quodam peruetusto codice supposita, ab alijs codicibus dissentiente Martinus Polonus ante annos 300. cum in

in hunc codicem incidisset, oblitus tot authenticorum codicum, id asserere est ausus, at Sifridus qui Scholion ad Martinum conscripsit, testatur codicem Martini Tongerlerensem vetustissimum manuscriptum huiusmodi fabellam non continere, ergo nec ipse Martinus talia scripsit. Fuerat quidem Ioannes nomine is qui postea Benedictus III. est dictus in pontificatu, qui cum valde pius esset pronus ad lachrymas, lachrymosa mulier forsitan apud perditos curiales cognominatus fuit. Fuit enim tempore Ioannis VIII. apud Moguntiam mulier (teste Sigebert.) quæ Papissa nuncupabatur quia ei adhærebant plurimi Clerici, hinc fama mulierem Papissam esse peruulgatum est Quintiliani & Pepuziani hæretici mulieribus sacerdotium permittebant, teste S. Augustino de hæres. cap. 27. apud Catholicos mulier ordinis non est capax.

v. dies caniculares Maioli Tom. 1. c. de mulieribus.

Ein Klapperträgs weib. seu Garrula femina, Sirach 24 16. Qui sine fine dicentes.

16. *Qui Imperator & imperatrix admittuntur ad osculum Pontificis?*

Imperator ad osculum manus & oris, Imperatrix vero ad osculum pedis & manus. Rex ad osculum pedis, manus & oris, alij Prelati, & proceres & nobiles Cesaris ad osculum pedis tantum. Maximi principes, & principum Oratores ad osculum manus & oris.

17. *Cur diabolus inuidens saluti hominum mulierem non virum aggressus est?*

Quia mulieres sunt incautæ, molles, & fragiles; incautæ, ideo facile decipiuntur: molles, ideo ad bonum vel malum cito flectuntur. fragiles, ideo facile superantur Sed.

Credula res mulier, sed vir vetito abstinuisse
Debuerat, lethi nec faber esse sui.

18. *Qui viri turpiter reguntur non ab vxoribus sed ab ancillis?*

Quidam concionator die paschæ dixit, si quis virorũ domus suæ imperium agat, ille incipiat primus carmen triumphale Chri-

Christianæ resurrectionis. Et cum nemo id inciperet & dominium domus sibi arrogaret incœpit ipse ille Sacerdos, dicens, *Se nihil domi habere præter felem cuius ipse dominus esset.* Sequenti anno cum idem ad viros diceret eodem die, nec adhuc inuentus esset qui id de se iure polliceri posset; *Nec ego,* inquit, *nunc incipiam cum mihi domi sit ancilla,* quę & ipsę habentur imperiosæ etiam in bonos sacerdotes. Viel solcher Ancillen leben nicht anders als hette jhnen der leidig Sathan diese Zehen gebott fürgeschrieben:

I. Du solt deinen Bauch vor deinen Gott halten / jhm allein ehr vnd wollust anthun / (jm Wein geben zu sauffen / wañ dein Concubinarius Bier saufft / ꝛc.) daß er dick vnd feißt werde / vnd nach deinem todt vil Würmer vnd Schlangen speisen könne.

II. Du solt / wann dein Concubinarius deinem Trachenkopff nicht folgen wil / fluchen / schelten / schweren / vnd jhn auß seinem Hauß treiben.

III. Du solt auch an den H. Feyrtagen seine Knecht vnd Mägd mit knechtlicher arbeit beladen / vnd mit fressen / sauffen / prächtigen

16. *Qui Imperator & imperatrix admittuntur ad osculum Pontificis?*

Imperator ad osculum manus & oris, Imperatrix vero ad osculum pedis & manus. Rex ad osculum pedis, manus & oris, alij Prelati, & proceres & nobiles Cesaris ad osculum pedis tantum. Maximi principes, & principum Oratores ad osculum manus & oris.

17. *Cur diabolus inuidens saluti hominum mulierem non virum aggressus est?*

Quia mulieres sunt incautæ, molles, & fragiles; incautæ, ideo facile decipiuntur: molles, ideo ad bonum vel malum cito flectuntur. fragiles, ideo facile superantur Sed.

Credula res mulier, sed vir vetito abstinuisse
Debuerat, lethi nec faber esse sui.

18. *Qui viri turpiter reguntur non ab vxoribus sed ab ancillis?*

Quidam concionator die paschæ dixit, si quis virorũ domus suæ imperium agat, ille incipiat primus carmen triumphale Chri-

Christianæ resurrectionis. Et cum nemo id inciperet & dominium domus sibi arrogaret incœpit ipse ille Sacerdos, dicens, *Se nihil domi habere præter felem cuius ipse dominus esset*. Sequenti anno cum idem ad viros diceret eodem die, nec adhuc inuentus esset qui id de se iure polliceri posset; *Nec ego*, inquit, *nunc incipiam cum mihi domi sit ancilla*, quę & ipsę habentur imperiosæ etiam in bonos sacerdotes. Viel solcher Ancillen leben nicht anders als hette jhnen der leidig Sathan diese Zehen gebott fürgeschrieben:

I. Du solt deinen Bauch vor deinen Gott halten / jhm allein ehr vnd wollust anthun / (jm Wein geben zu sauffen / wañ dein Concubinarius Bier saufft / ꝛc.) daß er dick vnd feißt werde / vnd nach deinem todt vil Würmer vnd Schlangen speisen könne.

II. Du solt / wann dein Concubinarius deinem Trachenkopff nicht folgen will / fluchen / schelten / schweren / vnd jhn auß seinem Hauß treiben.

III. Du solt auch an den H. Feyrtagen seine Knecht vnd Mägd mit knechtlicher arbeit beladen / vnd mit fressen / sauffen / prächtigen

VIII. Du solt mit deinem Maul meine lügenkunst fleissiglich vben.

IX. Du solt in allen diensten meiner allerliebsten Tochter der hoffart/ die Ehefrawen/ auch fürnehmer Bürger/ weit vbertreffen/ mir mit blawen oder gleich als mit hellischē schwebel geferbten Lobben / Speltwerck/ Sampten vnd seiden kleydern/ silbern Gürteln/ grüngeferbten Stülen/ vñ vielen hellwürdigen sachen dienen.

X. Du solt deinen hellgesellen so vielmal zu allerlei Sünd vnd schand anreitzen/ als viel Haar du auff dem Haupt hast / dann das hellisch fewr sol dich in alle ewigkeit belonen.

Der gütig Gott behüt alle frombhertzige Christen für dieser zeitlichen vnd ewigen schandt / straff vnnd dienstbarkeit deß leidigen *Asmodai.*

Omnis reuera meretrix est dicta chimæra,
Parte leo prima, media capra, anguis in ima,
Si careas donis pars prima dicta leonis,
Non te delectet media capra, quia fœtet,
Anguis est extremū quia porrigit omne venenum,
Euitare picem debes simul & meretricem;
Nam pix te tangit meretrix te turpiter angit,
Pisces, perdices, vinum, nec non meretrices,

Corrumpunt cistam vel quidquid ponis in istam.
Scribatur portis: MERETRIX EST IANVA MORTIS.
Mos meretricis erit quod semper munera quærit.

19. Cedo artes & fraudes quarundam mulierum?

Ars Margarethæ nimis est mirabile rete,
Fallax Christina iuuenum solet esse ruina,
VVobbeke pro dote nummorum dicit, amo te,
Ida dolis plena portat sub melle venena,
Plurima de Venere Drudæ mala sæpe venere.
Enneke pro Venere mox nummos quærit habere
Elizabeth vires aufert minuitq; tuas res
VVendele tunc gaudet cum perficit omne quod audet
Instabiles mores facit Agnes, tollit honores,
Et luet in fine quem decipit ars Catharinæ.
Stultos Gertrudis in multa pericula trudis,
Te vulpis more Mechtildis decipit ore.
Alheidis fraude priuatur amans cito laude.
VVibbekere verè spernit, dum deficis ære, &c.
Fœmina quem superat nunquam viuit sine pœna,
Libertate caret dura constrictus habena,
Fœlices illi quos non capit illa sagena,

Nam

Nam, nisi mors veniat, non rumpitur illa catena.

20. *Quem ornatum amabunt vxores?*

Virtutem virorum. vxor Philonis Philosophi in cœtu matronarum interrogata cur coronam auream sicut cæteræ non ferret, respondit, *vxor satis habet ornamenti viri habens virtutem & honorem.*

CAPVT XL.

DE MVNDO.

1. *Quomodo mundus potest esse noster liber?*

S. Antonius eremi in Aegypto incola cum interrogaret eum aliquando Philosophus quidam: *quomodo res sublimes contemplaretur qui omni librorum chartaceorū supellectili esset destituutus?* respōdit prudenter: vniuersum hunc mundum librorum & instructæ bibliothecæ vice esse, hanc omni tempore & vbiuis locorum præsto existere, in eadem se res diuinas & cælestes *lectitare.* in hoc certe libro diuinæ maiestatis & gloriæ opera explicantur. vnde & Clemens Alex. dicebat: *Mundi creationem esse Dei scripturā, cuius tria sint folia, cœlum, terrā, & mare.*

appellarūt, quia vndiq; oculos immittens tanquam multis oculis vniuersam terram ac mare circumspicit. Diod. Sicul.

5. *Quidnam est omnium velocißimum quod licet omnes videamus nemo tamen nostrum videt moueri, nec ire crederemus nisi iuisse appareret?*

Sol vel nauis quę licet plenis velis eant videntur tamen stare. Sol etiam hoc ænigmate significatur:

Anguis (S) *& annulus* (O) *& super addita norma* (L) *quod vsquam*
Est rerum, his vitam tribuunt, augentq́; tributam.

6. *Quodnam est maximum in generatione & interitu, ac minimum cum maxime viget?* seu

Res vna in Pelago, & telluris in omnibus oris
Nascitur, ac oriens est maxima, deficiensq́;,
In medio vita nimium quàm parua vigore.

Resp. *Mane cadit crescens & vespere grandior* VMBRA.

7. *Quid illud est quod quanto magis amatur tanto magis perdit hominem, & eo efficitur nocentius quanto blanditur dulcius?*

Mundus. S. Aug. ad Dios. *Mundus quanto est blandior, tanto est periculosior, &c.*

8. *Quæ bona sunt in mundo?*

In mundo spes nulla boni, spes nulla salutis.
Vna salus seruire Deo, sunt cætera fraudes.
Neapoli in S. Mariæ & Senæ.

Caput XLI.

DE MVSICA.

1. *Vnde Guido sumpsit sex voces Musicales?*

Ex hymno isto:

Vt *queant laxis* Re*sonare fibris*
Mi*ra gestorum* Fa*muli tuorum*
Sol*ue polluti* La*bij reatum.*
Sancte Ioannes.

2. *In quo versu continentur hæ voces?*

Fa*ma* La*te*r*e* *nequit,* mi*cat* vt sol *inclyta virtus.* Et:

Vt *releuet* mi*serum* fa*tum* so*litosq; labores*
Æui, sit dulcis musica noster amor.

3. *Cuius rei nos admonent hæ sex voces?*

Reuocant nobis in memoriam consuetudinem potatorum, illi enim bibere incipiunt

piunt in *Vt*, & bibunt vtiliter, pergunt in *re, mi, fa, sol*, & bibunt realiter, mirabiliter, familiariter, solenniter, & desinunt in *la, mi.* quia exitus solet esse lamentabilis & miserabilis, vti depingit Salomon Pro. 23. v. 29. *Cui va &c.*

4. Vbi locorum vrbem sublimem musica diruit?

Muri Hierichuntini ad tubarum clangorem conciderunt. Ios. 7.

5. Quid in Musica & canentibus potißimum spectatur à Domino Deo?

Non vox, sed votum, non musica cordula, sed cor.
Non clamor, sed amor clangit in aure Dei.

6. Quo ænigmate designatur lyra?

Muta arbor fueram quæ nunc moduloq́ canoq́
Vita mihi sic mors, mors mihi vita fuit.
Inuida viuenti nam quam natura negarat
Post obitum felix addidit ars animam.

7. Quænam cithara & tristibus & lætis conuenit temporibus?

Dauidis, tum Prophetæ, tum sacrarum cantilenarum Poëtæ.

8. Quid

8. Quid est, in ligneo tabulato meminime audire agnum suauissimè cantillantem, sed non nisi ab equo titillatum?

Iunge chelyn, chordam, & arcum ex pilis equinis, & intelliges.

CAPVT XLII.

DE NAVIGATIONE.

1. Cur nauigatio non necessaria est fugienda?

OB eius pericula. Anacharsis interrogatus de ijs qui nauigant inter viuos ne an inter mortuos sint numerādi: *nescio*, inquit, *nō enim amplius* à morte distāt quam asseris est densitas. Cato censorius dicere solebat trium in vita pœnitere. 1. quòd diem aliquādo sine studijs abire permisisset. 2. quod arcanum vnquam mulieri credidisset. 3. quod mari se commisisset quando terra proficisci licuisset. Plin. Spartanus quidam audiens gloriantem quēdam mercatorem quod multas naues in omnem oram maritimam dimisisset, respondit: non certe optabilis ista quidam rudentibus apta fortuna. (Cic. 5. Tuscul.) vnde versus.

Non

Non optanda quidem fortuna rudentibus apta.

Iuuen. Sat 12. ait:

I nunc & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotis
Quattuor aut septem si sit latissima tæda.

CAPVT XLIII.

DE NOMINIBVS QVORVNDAM HOMINVM.

1. Cur Henricus I. Imp. dictus est Auceps?

OB studium fallendi volucres. hinc Sabinus:

Fallere quod volucres laqueis fiscoq; solebat
Aucupis aucupij nomen ab arte tulit.

2. Vnde Gertrudis & Adeltrudis habent suum nomen?

A sincero amore, fideque, quasi dicas, trew/getrew.

3. Cur effloreſcente post S. Antonium monachorum instituto nomen Abbatis tribui cœpit summis monasteriorum præfectis?

Vt hac nomenclatura admonerentur in gubernandis fratribus nō se Dominos præstare sed patres. *4. Quo-*

4. *Quomodo verum est illud?*

Alexander mundo Magnus est, at Alexandro mundus paruus est?

Cum Alexander audiſſet à patre Philippo multa regna ſubiugata, cœpit flere, dicens ſe vereri, ne ſibi poſt paternas victorias vllum ſpicilegium reſtaret.

5. *Cur huic est nomen Bernardo, illi Leoni aut Leonhardo, VVolffgango aut VVolfardo?*

Vt incitentur ad fortitudinẽ quę tribuitur vrſo, leoni, & lupo, quia hęc animalia non cedunt loco nec fugiunt vt lepores & cerui. Anchiſes ad AEneam: *Tune cede malis, ſed contra audentior ito.*

6. *Vnde Germani habent nomen?*

Germani dicuntur quaſi fratres quia in Germaniam nulla exterarum nationum, mutandi domicilij cauſa, immigrauit. v. c. 61.

CAPVT XLIII.

DE EPVLO NVPTIALI.

1. Quale ænigma Samson inuitatus ad nuptias proposuit sponsione vtrimque facta?

D*E comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* ἐκ τοῦ ἐσθίοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἐξ ἰσχυροῦ γλυκύ. Nam fortissimus Samson Leonem compressit, in cuius arefacto capitis osse, id est, cranio, non multo post ceu in aluearì apes mellificarũt, quod mox Samson, cum illac iter faciens inuenisset, fauum sumsit & comedit, partemq; parentibus detulit, tum hoc in explicabile sodalibus problema de mellificio apum in cranio leonis. proposuit:

Præbet edax victum, dulcedine fortis abundat.

S. Aug. serm. 107. de tem. ad Christum leonem de tribu Iuda accõmodat, de dente enim mortis quæ omnia deuorat exiuit, Christo à mortuis resurgente, cibus, qui dixit: *Ego sum panis viuus.* & gentes conuersæ ab eo vitæ dulcedinem susceperunt, & de Christi morte apum, id est, Christianorum, examen processit.

2. Quan

2. Quando coniuges procreant mares, & quando fœminas?

Compertum est taurum à cóceptu discedentem si deflexerit in dextram marem esse genitum, si ab læua abscesserit fœmineum esse fœtũ. Pierius li. 1 hieroglyphic. Albertus ait sibi compertum mulierem quandam fœminas tantum parere solitam ea de caussa quòd à conceptu semper in læuum latus decumberet, admonitam vero cœpisse in dextra conquiescere ac solos deinde mares genuisse. hæc quęstio solis cõiugibus seruit.

3. Cur in exitu ex vtero masculi vagientes A, & fœminæ E clamitant?

Quia Adamum & Euam vnde miseriæ trahũtur omnes quasi reprehendũt, quod ab alui calidę recęptaculis exclusi aëris circumambientis aliqua asperitate affliguntur, masculi veluti robustiores pleniores voces emittunt, fœminæ exiliores.

4. Qui fratres gemelli: vno partu vnaq; die nati, vna die Episcopatum adepti, vna defuncti, vna sanctis adscripti sunt?

Medar-

Medardus Epiſcopus Nouiodunenſis, & Gildanus Epiſcopus Rothomagenſis. Fulgoſus lib.1. Eborẽſis de miraculis. hinc Epiſcopus Vulturarienſis Simon Maiolus in diebus Canicul. Tom. 1. pag. mihi 78.

Vna dies peperit, mitras dedit altera, mortem
Altera, & in Sanctos lectus vterq; fuit,
Felices fratres, quorum communis origo,
Vita, corona, obitus, gloria, feſta dies &c.

5. Vbi habetur in S. litteris Matrimonia in cælis copulari?

Prou.19. Opes & diuitiæ dantur à parentibus, vxor prudens à Deo. Gen. 24. Iſaaco Rebecca præparata fuit vxor. Saram alius ducere nequiuit quia Tobiæ Iuniori timenti Deum illa ex ordinatione diuina debebatur. Tob.7. Sampſonis coniugium erat à Domino, vt Iudæi ex diuturna ſeruitute liberarentur Iud.14.

5. Cur Lacedæmonij ſtatuerunt ne quis ebrius vxorem cognoſceret?

Ne ebrioſos filios generarent, vnde Diogenes ad ebrium puerum: Adoleſcens, inquit, ebrius te ſeminauit pater. Plut.

CAPVT 45.

Capvt XLIIII.

DE PATIENTIA.

1. Quid significat, Si res non nobis, nos rebus?

SI res ad voluntatem noſtram nō fluunt, voluntas rebus accōmodanda, nec fruſtra cum fortuna expoſtulandum eſt.

2. Da epitomen totius Philoſophiæ?

Philoſophię vniuerſa dogmata Epictetus duobus verbis complexus eſt, ἀνέχου καὶ ἀπέχου, ſuſtine & abſtine, leid vnnd meid/ quorum prius vult vt mala æquo animo toleremus; poſterius vt à voluptatibus tēperemus, ita enim fiet vt nec aduerſis deijciamur, nec proſperis corrumpamur. Eurip. ait: οἰστέον καὶ ἐλπιστέον, ferendum & ſperandum. Gell. li. 17. c. 19.

3. Quomodo quis incommoda ſua commodè poteſt ferre?

Cum Solon ex amicis grauiter quendam mœrentem videret in arcem perduxit, hortatuſq; eſt vt per omnes ſubiectorum ædificiorum partes oculos circumferret quod vt factū animaduertit, inquit:

Cogita

Cogita nunc tecum quam multi luctus sub his tectis & olim fuerint hodieq; versentur, ac insequentibus seculis sint habitaturi, ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. idem aiebat: Si vnum in locum cuncti suas aduersitates comportassent omnes, ea conditione vt æqualem quisq; portionem inde auferret, futurũ, vt propria deportare domum quàm ex omni miseriarum aceruo portionem alterius secũ auferre mallent. Hæc etiam fuit sententia Socratis. Val. lib. 7. c. 2. v. Herod. in Polym.

4. *Cur Deus vult nos huius vitæ spinas persentiscere?*

Vt ad rerum præstantiorum meditationem animos nostros serio cõuertamus cum hic nulla rosa inueniatur quæ non rodat & pungat.

5. *Cur non expedit vitam securam & nullis malorum incursionibus vexatam agere?*

Quia, vt ait Sen. ep. 68. in otio inconcusso iacere trãquillitas nõ est sed malacia est. Polycrates Samiorum tyrannus longo tempore ęquabiliter fortunatus fuit, hanc

M perpe-

perpetuam felicitatem Amasis Rex AEgypti suspectam habere cœpit, ideoq; iubebat spontaneã aliquam sibi calamitatem accersere, è qua cum ipsum casu mirifico eluctatũ intellexisset, & hospitem & amicum eum renuit, & in hãc sententiam ad ipsum perscripsit: *malo tum meipsum tum eos qui mihi curæ sunt per varias fortunæ vices æuum traducere quam in omnibus prospera fortuna vti.* Polycrates non multo post cruci suffixus est. Herod. li. 17. Plin. 37. c. 1. Val. li. 6. c. 9.

Cum S. *Ambrosius* apud diuitem quẽdam hospitandi gratia diuertisset & ille se nihil vnquã in vita aduersi passum iactaret vir sanctus è vestigio cũ suis recessit, dixitq; se ideo inde fugere, ne vna cum homine perpetuis ꝓsperitatibus vso periret. Haud ita procul excesserãt, & respicientes vident ędes illas cum vniuersis qui aderant terræ hiatu iam absorptos.

CAPVT XLVI.

DE PICTVRA ET POESI.

1. *Quid est pictura?*

SIcut Poësis est muta pictura, ita pictura est viua poësis. hinc illud: Ta-

Tacitum pictura poëma &c. & Horat.
Segnius irritant animos demissa per aures.
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.
Poëta est pictor loquẽs, & pictor est poëta tacens.
v.S.Basil.orat.de Barlaam,& S.Greg.Niss.
Vbi cõmendat pictorem fortia facta martyris coloribus artificiosè depingentem.

2. *Cur sculptura præstat picturæ?*

Anno Christi 1521. fuit inter ingenia hæc agitata quęstio, *Vtrum pictura an sculptura sit præstantior?* multis in vtramq; partem auditis sententijs rogatus qui vtrisque erat peritissimus, Michaël Angelus Bonaretus, rogabat ille *melior ne superficies esset an corpus.* præstare corpus respõdentibus, *Tãtundem*, inquit, *& sculptura pictura.*

2. *Cur poëtæ & cantores amant humores?*

Andreas Maro ob exprom ptam condendi carminis vel potius versificandi facilitatem Archipoëtæ nomen Romæ consequutus fuerat. Cum is ad Leonem X. Pontif. venisset, & ab eo inuitatus, sequentem versum gloriabundus effudisset.

Archipoëta facit versus pro mille poëtis.

Pontifex nō minus facili vena sequens pentametrum subiunxit.

Et pro mille alijs archipoëta bibit.

4. Quid sibi vult illud: cum loquitur pictor, loquitur malè, at cum pictura, bene?

Quia vani est artificis aliunde quam ab opere plausum exspectare, neque enim ex iudice virtus profluit operis, sed iudici opus commendat artificem.

5. Qui pictores risu necati sunt?

Zeuxis deformissimam spectans picturam solutus in risum exspirauit.

Verrius quod anum deformissimam pinxisset in risum solutus obijt. Rhodig. lib. 4. c. 18.

CAPVT XLVI.

DE PRVDENTIA.

1. Prudenterne faciunt Parentes qui in omnibus auaritiæ liberorum satisfaciunt?

PAter quidam locuples ait Ioan. Paulus in Iocoserijs, filias honestissimè elocarat,

rat, persuadent illæ misero seni vti viuus ijs opibus sibi liberos deuinciret quas mortem ipsius auide exspectantes post obitum hæreditate consecuturæ essent, id vnum sancte pollicitæ de alimentis se patri prospecturas. Et primo quidem año benignè & liberaliter ab illis tractatus est. Verum cum pręter spem ipsarum diutius viueret, senis pertæsæ, pietatis & pactorum immemores durius illum tractare cœperunt. ille imprudentiã suam astu emẽdare volens cistam saxis & arena plenam cubiculo suo clam inferri curat, eamque nocte aperiens nummum aureum vnũ aut alterum, quos solos ex tantis diuitijs retinuerat, repetitis casibus mensæ incidentes continua supputatione, voce submissa, sic tamen vt à genero facile audiri posset, ad immensam pecuniæ summam produxit, & tandem capsam firmissime clausit. Filiæ mane caussam nocturni strepitus, conscijs maritis, auide exquirunt. Et pater, remotis arbitris, *Thesauri mei rationes mecum inire cœpi filiæ, vt quam quæq; vestrum de me optimè merita fuerit, tam quoq; post obitum meum, cum viuo me æquales*

hæreditate fueritis, digna feratis præmia. Ea ſpe lactatæ, æmulatione mutua omni officiorum genere patrem proſequi cœpere. Eo mortuo aperta ciſta, plenam ſaxis & arena reperere, cum ligneo fuſte, cui lingua Britannica hæc inſculpta erant: *Quod pietas non potuit, extorſit auaritia. Nolite, ô patres, committere vt dum indulgẽtia veſtræ auaritiæ liberorum ſatisfacere cupitis impietatis maioris occaſionem detis. Exemplo meo prudentiores redditi valete, ſtulti fuſtuario pœnas luite.*

2. *Eſtne Barba ſignum prudentiæ?*

Ad imp. Veneti legatos miſerant, quibus cauſam rogantibus cur non admitterentur reſpõſum fuit: mirum videri imperatori, cũ id genus munera grauibus & ſapiẽtibus viris demandari ſoleant, Venetos ex omni Patrum conſcriptorum numero neminem reperire potuiſſe quam duos eiuſmodi iuuenes qui hac legatione fungerentur. Cum ergo iuuentutem ſuam deſpicatui haberi animaduerterent legati, ab imp. ad Colloquium ſemel tantum admitti petierunt, polliciti de ijs quæ in mandatis habe-

rent

rent ne verbum quidem facturos, Quo impetrato alter eorum sic exorsus est. *Si Venetorum Resp. Sacratiss. imp. Sapientiam non in corde hominum sed barba sitam esse credidisset, iam quidem ad Cæsaream vestram maiestatem duos vetulos & barbatos hircos misisset.* Quibus ex verbis imp. quibus cum hominibus sibi res esset intelligens comiter eos audiuit & liberaliter dimisit.

3. *Doce exemplo quantum prudens possit oratio?*

Franciscus Marchesius Iureconsf. à Genuensibus ad Galeatium Mediolanensem Ducem Orator est missus (quem Genuenses prius principem suum esse voluerant, salua interim libertate sua, mox cum eum de tyrannide cogitare viderent ab eo sese abalienauerant). Cum is difficilem ad Galeatium haberet aditum die qua S. Ioannis sacra celebrabantur Franciscus Galeatio vas plenum Basilicæ herbæ misit. Dux ergo Franciscum statim ad se acciuit, vt missæ eius herbæ caussas intelligeret. Franciscus omissis ijs quę à

Genuensibus mandata erant, paucis explicuit: *Ego princeps Genuensium ad te orator veni, & cum in ea vrbe natus atque educatus eos cognoscam tibiq́ue vera seruitute addictus sim, volui vt Genuensium ingenij notitiam haberes. Eorũ enim natura basilicæ herbæ persimilis est, quæ leuiter tacta suauem perfundit odorem, grauius autem attrita scorpiones procreare dicitur.* Herbæ illius parabola, cui Genuensium natura similis dicebatur esse, adeo principis illius animũ mouit vt qui antea rationibus nullis flectebatur tum seipsum cohiberet, &c. Fulgos. lib. 8. c. 10.

Capvt XLVIII.

DE SCHOLA
(phrontisterio, seu loco curarum).

1. Quo ænigmate optimè insinuatur Schola?

Sum labor assiduus, defuncti meta laboris
Nulla, nouum posito fine recurrit opus.
Grata mihi fecit Graium cessatio nomen,
Verum cessandi non mihi caussa datur.
Vrgeor, impositum crebro simul vrgeo munus,
Res vt alat florens publica pace bonos.

2. Quo

2. Quomodo Menedemus Atheniensium Studiosorum arrogantiam reprimebat?

Cum diceret, plerosq; eorum sapientes sibi videri primũ, deinde philosophos, tum oratores tandem idiotas, &c. Plut. de profectibus virtutum. vt enim spicę inclinatæ granarum sunt plenæ in altum vero erectæ inanes sunt, ita qui in litteris magnum fecerunt progressum minus fastu turgent, qui vero ad huc parum profecerunt, fastu tument, & quodlibetarij sunt. Socrates existimabat se nihil scire præter hoc vnum quod nihil sciret Anaxarchus vero illo modestior prædicabat se ne id quidem scire quod nihil sciret: Ci. Tusc 3. Non minus certe studiosè fastus (ac spiritus elati) ex adolescentum animis quàm aër ex vtribus excutiendus est, si quid vtile velis infundere. Plut. de auditione.

Capvt XLIX.

DE SENECTVTE.

1. Qui senes portant pedes in manibus, & dentes in cingulo?

Qui Scipioni innituntur, & cultro vtuntur loco dentium.

2. Cur homines senescunt?

Notent hanc fabulam iuuenes: aiunt homines impetrasse olim à Deo multis precibus vt perpetuo iuuentutis munere donarētur, atq; ita nunquā in posterū senio contabescerent sed quādiu vnicuiq; viuere pmissum esset integris virib⁹ & florenti semper ętate, vegeti perseuerarent. Hāc igitur simulac benignitate Dei accepissent, imperitos adeo rerū fuisse homines vt eā asino vectandā cōmendarent: hunc vero siti cōfectū ad fontem quendā peruenisse, in quo serpens loci custos statiuā habebat custodiam, cumq; inde bibere tentasset à serpente prohibitū, neq; alia cōditione bibendi facultatem illi factā quam, cū id omne quod vehebat onus angui mercedis nomine cōcessisset, ex eo inde tēpore omnes angues senectute singulis annis abiecta iuuenescere, homines vero senio cōfectos emarcescere, ac stoliditatis pœnas luere, quod iuuētutem tāto expetitā studio negligenter custodissēt. Hinc illa Tibulli querimonia.

Angui-

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas
Cur nos angusta conditione sumus?

Nisi veteri illi laudatoq́; prouerbio tempestiuè assenseris, *mature fias senex* (abstine à vitijs iuuentæ) senectutem vegetam nunquam consecuturus es.

Habeant igitur iuuenes accuratissimā rationem suæ ætatis, & aureas horas optimè collocent, neq; vnquam excidat ipsis illud Plinij lib. 10. c. 23. *Vt Ciconias nemo aduenire sentit sed aduenisse, nemo discedere sed discessisse, quia noctu clanculum faciunt vtrumq;: ita iuuentutem nemo intelligit discedere sed discessisse, & senectutem non sentimus aduenire sed aduenisse. Labitur occulte fallitq́; volubilis ætas.* Tacitisq; senescimus annis.

3. *Quando acies, acumen, & oculus animi maxime florescit?*

Cum oculus corporis deflorescit. Plato: Tunc sanæ mentis oculus acute cernere incipit cum corporis oculus hebescit.

Ouid. 6. Metam.

Seris venit vsus ab annis.

4. *In quibus posita est εὐγηρία seu bona & commoda senectus?*

Vt & tardè senescat quis, & sine dolore ac molestia. Nam neq; quem cito deserit iuuentus feliciter senescere dicendus est, neq; is cuius ingrauescētem ætatem magni dolores molestiæq́;, quæ vitæ spacium contrahunt, comitantur. Notum est Prouerb. Mala senium accelerant. Ouid. 1. de Ponto:

Me quoq; debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogor & esse senex.

Horat. *Multa senem circumueniunt incōmoda.* Hom. *Curisq́; malisq́; senescunt.*

Cic. 1. de Orat. Subsidium bellissimum existimo esse senectuti otium.

Antiphanes autem: Mala omnia ad senectutem tāquam ad officinam suam conueniunt. alijs est λιμένα κακῶν portus malorum. Semper in hoc horologio est ferrum aliquod luxatum & loco suo dimotum: semper morbi. Hinc Horat. ad Pison. *Multa ferunt anni venientes* (vsq; ad virilem ætatem) *commoda secum, multa recedentes* (ad sepulchrum) *adimunt.*

5. In

5. *In quam partem hominis primum incurrit senectus?*

Sen. in memoriam. Hinc Muretus li. 6. Var. lect. c. 10. Memoria vacillare γεροντικόν ἐστιν. Contra S. Antoninus cum ageret annum 15. vnico anno totum Decretum memoriæ mandauit.

6. *Quodnam est optimum senectæ solatium?*

Benè acta iuuentus.

7. *Quæ bona secum adfert Senectus?*

Nos ab impudentissimis dominis liberat, voluptatibus gulæ imponit modum, libidinis frãgit impetus auget sapientiam, dat maturiora cõsilia &c. S. Hieron. procemio lib. 2. comment. in Amos. Plut. in moral, ait: *Vt gaudent qui à furiosis dominis aufugerunt, sic gaudere debent senes qui ætatis beneficio libidine non infestantur.*

8. *Cur senes honestè sunt sustentandi?*

AEneas Syluius lib. 4. comm, in res gestas Alphonsi: Slesiæ dux ait, testamentum dum conderet domum ædificari mandauit, in qua canes qui vtiles venationi fuissent

ſent ob ſenectam & corporis debilitatem à ſuis relicti dominis vſq; ad mortem alerentur, deſignatis in eam rem nonnullis agris. Nec voluntas irrita fuit. Docuit autem eo facto ſenes & decrepitos eſſe alendos, ne ætate & annis grauati poſt multos exantlatos labores penuria & fame perire cogantur. De honore impenſo ſenibus à iuuenibus. v. Val. Max. li. 2. c. 1. lib. 8. c. 7. & Catonem de Sene.

Babylonij in miſeras calamitates inciderunt quia nulla erga Hebræos miſericordia vſi fuerãt præcipuè erga ſenes. Eſa. 47. Leu 19. Thr. 4. 1. Tim. 5. Chilo docebat eam eſſe debere reuerentiam iuuenum erga ſenes, quæ eſt filiorum erga parentes. Sparta cenſebatur olim quoddam virtutis domicilium, quia omnes ſuſpiciebant ſenes, & magno honore ac veneratione proſequebantur.

Sabbos Caſtilioneus in libello cui titulum Ricordi fecit ait, fuiſſe olim in Brutijs ſtatutum vt is qui vellet agere cõtra ingratos teneretur ſonare campanulam ad hanc rem deſtinatam. Hoc ſigno dato mox conuenie-

uenicbant quidam Senatores , ij cognita causa , si reperiebant actorem habuisse iustas causas accusandi aliquem propter ingrati animi vitium , mox iniungebant reo sub graui mulcta cōpensationem aliquam. accidit vt cuiusdam equus propter ætatem & diuturnum laborem oculis orbatus, strigosus, & prorsus inutilis fuerit factus. ob eam caussam expulerat eum herus domo, ideo vmbram quærens in locis opacis ingressus est sacellum in quo erat illa campana cuius funiculo forte annexę erant frondes quas cum famelicus decerperet, commouit campanulam vt signum daret, mox conuenerunt iudices, & conspecto equo illo famelico mandauerunt ipsius Domino vt eum ad se reciperet neque aliter tractaret ac si adhuc esset integer virib9, & ad laborē aptus. certe equo emerito debetur pabulū. Plut. in vita Catonis ait: humanitatis esse equos confectos laboribus alere. Non enim vt calceis aut vasis vtendum est rebus animatis quæ rupta vel attrita vsu abijciuntur, &c.

9. Cur animi angores canitiem accelerant?

Quia' frigeſcit corpus phlegmaq́; augetur. Didacus Oſorius Hippalis à catholico Rege in carcerêm coniectus adhuc admodum iuuenis vnica tantum nocte præ nimia animi mœſtitia, cogitationibus mentem exagitantibus totus incanuit, velut, ſenio confectus. Petrus Hiſpal. Sylu. p. 2. cap. 7.

Cum Vipertus iuuenis in Racemburgenſis Eccleſiæ Epiſcopum fuiſſet electus, Romamq́; profectus diſpenſationis cauſſa ſuper ætate à Pontifice contemptus eſſet, nocte ſequenti totus incanuit, quo viſo miraculo Pontifex confirmauit hominem ſimul & diſpenſauit, addita etiam conſecratione. Krantz. metrop. li. 9. c. 47.

10. Quid facit hominem ſenem?

Cura & ætas nam *Cura facit canos, quamuis homo non habet annos.*
Rebus in aduerſis venit accelerata ſenectus.

11. Cuius rei nos commonefaciunt cani?

Capillus albus factus teſtatur & clamat

ani-

animam propediem hinc abituram, iuxta illud: Die greisen Haar seindt die rechten Kirchhoffs blumen.

12. Quidnã id est quod omnes quidem exoptant, at vbi adepti sunt odio habent?

Theodectes dicebat: Senectutem & nuptias res esse similes. vtramq; enim consequi, ait, desideramus, postquam vero nacti sumus, tristamur. Stob. ser. 66. Senectus cunctis sperata, paucis grata est.

13. Quibus rebus quasi scipionibus nititur senectus laudabilis?

Recordatione vitæ honeste anteactæ, & spe vitæ melioris. Maturè igitur collige viaticum venturæ senectuti ne extrema gaudij luctus occupet, Der zeitlich graw wirt/lebt lang.

Sen. epist. 61. ante senectutem curaui vt bene viuerẽ, in senectute vt benè moriar.

14. Quem Psalmum Dauidis legent quotidie ij quos decolor ætas pingere seu potius ipsa senecta deformare incipit?

Psalmum 70. In te Domine speraui, &c.

15. Qui-

15. *Quinam homines sese non pedibus sed dentibus suis sustentant?*

Senes. Quod enim decessit natiuo corporis succo id cibi ac potus adminiculo satciendum est. Notum est Prouerb. Viro seni maxillæ baculus, seu maxilla est senibus vice Scipionis.

16. *Quibus rebus delectantur senes?*

Solon dicebat eos in primis oblectari bono vino & suaui colloquio. alius ponit hęc tria:

Dulce merum, verbum Domini, mens cōscia recti,
Quid tribus his senibus gratius esse queat?

17. *Quid senes colere debent?*

Socrates ea de re rogatus respondit, ꝓbitatem, sciscitanti porro vbi hoc vnguentum venderetur subiecit hoc Theognidis:

Si iungare bonis disces bona; rursus iniquis
Iunctus, & id perdes quod tibi mentis inest.

18. *Cum qui discit à iunioribus similis sit ei qui comedit vuas immaturas cui similis est qui discit à senioribus?*

Ei qui edit vuas maturas & bibit vinum vetus. Seniores sunt saniores, incipientes insipientes.

19. Cur

19. Cur senes bis pueros dicimus?

Nam in senibus redit albor & raritas capillitij, item balbuties velut altera infantia, præterea gingiua exarmata dentibus aut certe paucis ijsq; vacillantibus instructa, Adhæc senum vires decrescunt & corporis & animi. & cibi consimiles vtrique cõgruunt ętati. post annos duodequinquaginta euanescit vt plurimũ vigor ingenij.

20. Cur natu grandioribus liberior vsus linguæ concedi potest?

Quia senectus est animosior quam adolescentia. Hinc cũ Pisistratus tyrañus quæreret à Solone qua tandem spe fretus sibi tã audacter resisteret? respõdit, Senectute.

21. Cur senes præcipiti iam ætate sunt obliuiosi?

Ob defectum mollitudinis organi, quia enim humido natiuo magna ex parte consumpto membra inarescunt ac rigent, difficili sunt memoria. Ob id etiam in dies quæ didicerãt obliuiscuntur, quia exolescunt in eis quasi in ruinosis ædificijs depictæ rerum imagines.

22. Quid

22. Quid valet ad seruandam memoriam?

Abstinentia ab ebrietate, & à copioso vini potu, à cruditate ventriculi omnique satietate, à fructibus viridibus & oleribus, à lacte, caseo, & carnibus salitis, omnibusq; flatum generantibus, à piscium fluuialium & anguillarum præsertim esu: obliuio est alumna excedētis humiditatis, etiam exuberantia frigoris (quod omnes animales functiones torpidas reddit, & ipsius vitæ fundamenta quatit) memoriam labefactat.

23. Qui fieri potest vt senibus ob nimia siccitatis accrementum memoria deficiat, cum videamus eos pituita & humoribus quos aßidue excreant abundare?

Quia licet senes humoribus aduentitijs & noxijs scateant, deseruntur tamen ab humido natiuo, cuius idonea commixtio organum memoriæ attemperat: non aëreo & vitali humido conspersi sunt, sed aqueo & excremētitio quod quia natiuum calorem interimit, ista copia humidi, nō est in ipsis longioris sed breuioris vitæ caussa. v. Conimb. in Phys.

24. Cur

24. *Cur ebrij, irati, & timore exterriti ægrè recordantur eorum quæ ipsis dum ita affecti essent acciderunt?*

Quia vehemens motus vaporum & spirituum agitatio quæ hos affectus sequitur, imaginum impressionem impedit. Quin etiam interdum ingenti timore perculsis rerum præteritarum memoria ideo excidit, quia, confugientibus ad præcordia spiritibus & vna cum ijs calore, partes cerebri in quibus memoriȩ officina est, ita frigore occupatæ addensatæq́; fuerunt, vt rerum imagines aboleuerint.

25. *Cur iuuenes melioris sunt memoriæ quam pueri & senes?*

Quia illos temperata humiditate, hos temperata siccitate vincunt, ideoq́; tenacius quam illi conseruant, facilius quàm hi imprimunt.

25. *Cur admodum pueri lubrica sunt memoria, seu parum memores?*

Ob defectum congruentis duritiȩ, nam præhumidum habent crebrum. quanquam

quam eis ad memorandũ opituletur quod nõdum multa perceperunt, quorum imaginibus organum memorandi nimis occupatum ſit. ipſa enim ſpecierum multitudo & colluuio fatigat quodammodo potentiam. ac nonnunquam actum memoriæ interturbat, dum earum occurſu res aliæ pro alijs ſeſe menti ingerunt. Hinc & meminiſſe ea melius valemus quæ mane percipimus, quam quæ procedente die, cum iam obiectarum rerum turba per ſenſus intrans animi intentionem diſtraxit.

27. *Cur melancholici diuturniori valeant memoria?*

Tum quia organa ſicciora habent proindeq; firmius retinentia: tum quia diutius cogitant, ſerius ac lentius apprehẽdunt, atq; adeo altius infigunt.

28. *Cur qui noctes ducunt inſomnes minus memores redduntur?*

Quia humores qui ſomno erant abſumendi, congruam organi ſiccitatem impediunt.

29. Cur

29. Cur eorum quæ amamus difficile obliuiscimur?

Quia de ijs assidue loquimur diutius & attentius cogitamus.

30. Cur bruta quædam (vt canes & equi) multo melius recordantur itinera, viarum flexus, diuerticula & loca quæ vel semel adierunt quam homines?

Quia cum bruta dum iter peragunt alijs rebus internos sensus non distrahant, totam memoriæ vim in ijs quæ intuentur percipiendis occupant, sicq; firmissime ea retinent, dummodo non eis deficiat congrua temperies in ipso organo, eadem est caussa cur homines agrestes & bardi qui ad brutorum ingenium accedunt, talium rerum facilius quam cæteri recordentur.

31. Cur ea quæ alijs rebus intenti vel etiam somniantes apprehendimus facile obliuiscimur?

Quia tunc facultas memorandi remissè operatur, similiterq; alij sensus qui in memoriam agunt, atq; ita dissultoriæ tantum & euanidæ imagines exprimuntur.

32. Cedo

32. *Cedo quædam insignia memoriæ exempla?*

Mithridates Rex Ponti 22. gentium Rex totidem linguis iura dixit, pro concione singulas absq; interprete allocutus. *Crassus* ille diues cum Asiæ præesset, quinq; græci sermonis differentias sic tenuit vt qua quisq; apud eum lingua loqueretur eâdem ei responderet. *Cyrus Rex* Persarum in numerosissimo exercitu omnium militũ nomina tenuit. *Theodectes* quamlibet multos versus auditos mox reddidit. *Cyneas* Thessalus missus à Pyrrho legatus de pace ad Romanos postero die nouus homo & senatum, & totam vrbanam plebem senatui circumfusam nominatim salutauit, &c. Plin. lib. 7. nat. hist. ca. 24. Sen. in prologo declam. Quintil. 11. orat. inst. cap. 2. Muretus scribit (lib. Var. lect. 3. cap. 3.) se Patauij nouisse hominem qui 33. vocabulorum millia ordine quocunque siue recto siue retrogrado recitaret.

33. Cur pueri maturius sapientes aut vitales non sunt, aut cum ad maturam ætatem accesserint minus prudentes euadunt?

Pueri primo ætatis ingressu rationis vsum impeditum habent, quia multo abundant humore, è quo excitata nebula internorũ sensuum functiones aut omnino impedit aut interturbat. Hinc qui præmaturè sapiunt intempestiuam cerebri siccitatem indicant, quæ siccitas cum progressu temporis excreuerit, aut ita organum dissoluit vt mortem adferat, aut ita vitiat, vt ad persoluenda internorum sensuum munia, è quibus intelligentiæ vis dependet, inutile & ineptum sit. Hinc, teste Plinio lib. 7. c. 51. Cato Censorius dicebat senilem iuuentam præmaturæ mortis signum esse, & apud Senec. lib. controu. 2. controu. 1. Cestius de ingenio Alfij Flauij ait tam maturè magnum ingenium nõ esse vitale. Notum est Prou. Odi pueros præcoci sapientia.

34. Potuissent primi parentes humani generis esu fructuum vitalis arboris iuuentutis florem perpetuo retinere?

S. Aug. 13. de ciu. Dei c. 20. & 23. ait ho-

minem nisi peccasset esu ligni vitæ & à necessitate moriendi liberandum & in flore iuuentutis perpetuo cõseruandum fuisse.

35. Cur qui eminentiora loca libero cælo incolunt tardius senescunt qui autem curua & palustria citius?

Quia senectus putredo quædam est, putrescit autem quod quiescit (non quod mouetur) vt aqua conclusa. igitur vt locis editis aer afflante vndiq; spiritu agitatur, & alius succedit, ita cauis manet immotus, proindeque minus syncerus. quo fit vt hic ocyus illic tardius corpora marcescant.

36. Quodnam temperamentum ad senectutem serius ducit?

Sanguineum. quia abundat calido ac humido, multus vero calor copiose reponit, humidum affluens ægrè dissipatur, non senescimus autem nisi arescente humido frigescente calido.

37. Cur senes timidi sunt, incurui, tremuli?

Cum extrema ætas frigida sit, & magna ex parte destituta calore (qui animositatem

tem parit, & hominis corpus in rectam staturam excitat ac membra sustinet) sequitur vt senes cuncta pertimescant, curuentur, tremant.

38. Cur suspiciosi sunt?

Arist. 2. Rhet. c. 13. Sunt suspiciosi quoniam increduli, increduli vero quia experti, hoc est, quia longo rerum vsu didicerunt quantum peruersitatis fraudisque in hominum dictis & factis lateat. vnde quæ vident in sinistram partem non raro accipiunt, ideoq; neq; amant neq; oderunt nimium. adhæc nihil affirmant nisi cum temperamento, fortassis.

39. Cur illiberales sunt, iuxta illud Senecæ: cum senescente homine cætera vitia senescunt, sola auaritia iuuenescit?

Tum quia viuere peroptant & idcirco ea quę vitę necessaria sunt ęgrè dimittunt. Tum quia compertum habent quam sit difficilis rerum acquisitio quam facilis iactura. Turpe autem est quo minus restat viæ eo plus viatici quærere.

Cicer.

40. Quæ senilem grauitatem maximè decent?

Cor seu cordis cogitationes & linguam prudenter regere. Debet enim senectus anteactæ vitæ portus, nō naufragium esse. Vltimus actus nostræ comœdiæ (vitæ) optime agendus est.

41. Cur caluescimus magis à syncipite, canescimus magis à temporibus?

Quia pars illa admodum sicca est, hæc præhumida, à siccitate vero defluuium ab humore canities est.

42. Si senibus abundantia humoris capillos in canitiem tingit, cur senectus sicca perhibetur?

Sicca dicitur hoc est destituta humido innato, cũ alioqui humido ascititio & peregrino abundet.

43. Cur capilli detecti tardius quàm operti canescunt?

Quia canities à putredine est, flatus autem putredinem prohibet, & operimentum flatum arcet.

44. Cur

44. *Cur quidam metu mortis vnius noctis spatio totus incanuit?*

Subita illa canities orta videtur ex retractione caloris, quam metus vehementia induxit, sicut & his qui senescunt canities ex defectu caloris prouenit.

45. *Quæ est caussa caluitij ætate iam declinante & in frigiditatem labente?*

Inopia calidi humoris, hoc enim deficiente inarescunt omnino capillorum radices (vt in plantis & auibus certo tempore folia, & pennæ) & dissoluta compactione, quam humor & calor congruenter mista præstabant, sensim defluunt.

46. *Vnde gignitur canities?*

Ab excremento putrescente, cum enim calor, ob suam imbecillitatem, perlatum ad cutem excrementum, vnde capilli aluntur, perfectè decoquere non valet, fit inde vt collectum putrescat. canities putredo & morbus est capillorum.

47. *Quid significat illud S. Hieron. Bos lassus fortius figit pedem.*

Iuuenes corporis quidem agilitate pręN 3 pollere

pollere, senes vero in statariapugna ac viribus superiores esse. Olim enim boues frumentum manipulatim in area coniectum calcabant ac triturabant, quo autem magis illi erant lassi eo magis etiam fortiter pedem figebant & ita melius plaustris super manipulos circumactis grana è spicis excutiebant.

48. Quæ res sunt caussa omnium malorum?

1. Senectus sine sapientia. 2. prudentia sine opere. 3. dominatus sine famulatu. 4. Superbia sine diuitijs. 5. diuitiæ sine honore. 6. nobilitas sine virtute. 7 populus licentiosus sine correctione. 8. ciuitas sine legibus. 9. potestas seu magistratus sine clementia. 10. adolescentia sine timore. 11. Mulier sine pudore. 12. vita religiosorum sine pace.

49. Quid olere debent senes?

Hoc rogatus Socrates, respondit probitatem. Sciscitanti hoc vnguentum vbi venderetur, subiecit hoc Theognidis, à bonis bona disces. v. q. 17.

50. Quid

50. Quid docent eos cani?

Cum quidam Spartanus interrogaretur cur barbam aleret? respondit vt intuens meos canos nihil illis indignum committam.

51. Quid est Sexagenarios de ponte deijcere?

Est senes quasi deliros & ad omne vitæ munus inutiles ab omni functione negotiorum relegare. apud Roman. enim olim sexagenarijs, velut à publicis munijs dimissis, suffragium ferendi ius non erat, quod per pontem ferebatur vnde & senes dicuntur depontani.

52. Quid non sentimus aduenire sed aduenisse?

Senectutem : Et iuuentutem nemō Intelligit discedere sed discessisse. vide quæst. 2.

53. Quidnam in hac vita est calamitosissimum?

Diogenes hoc rogatus respondit: γέρων ἄπορος, senex egens.

CAPVT L.

DE SEPVLTVRA.

1. Quisnam omnium hominum gloriosissimè sepultus est?

SEruus Dei Moses, ab ipso Deo sepultus. Deut. 34. Iudæ v. 9.

2. Ecquis eo ipso momento quo illatus fuit sepulchro reuixit?

Quem latrones in Helisæi sepulchrum mortuum iniecerant, eius enim cadauer, cum Prophetæ ossa contigisset, illico resurrexit. 2 Reg. 13. 21. Syr. 48. 8.

3. Quodnam illud est sepulchrum quod neq; cælum neq; terram contingit?

Mahometis falsi prophetæ cadauer in arca ferrea conditum vi magnetis in aëre pendere in Arabia in Mecha oppido, tradunt historici.

4. Quando mortui sepeliunt mortuum?

Quando infideles cadauer sepeliunt, ait S. Aug. in cap. 8. Matth. Nam illorum anima Deum perdidit, huius corpus animam.

5. Cur

5. Cur sepulturam agrum Dei vocamus?

Quemadmodum frumentum agris cōditur vt æstiuo tempore fruges enascantur, sic sepulchra instar agri sunt in quo corpora putrescunt vt suo tempore cum gloria resurgant.

Capvt LI.

DE SOMNO ET VIGILIA.

1. Cur infantes & phlegmatici sunt somniculosi, senes vero & melancholici peruigiles, seu parum dormiunt?

QVia illi humore fumeo, hi siccitate abundant.

2. Cur multi ob inediam insomnes noctes traducunt, & contra post cibum facile somnum ineunt?

A cibo facile somnus obrepit, q̃a cibi inopia negat, copia cibi suppeditat vapores.

3. Cur vigilia si modum excedit magnam adfert corpori noxam?

Quia immodicæ vigilię & intempesti-

uæ lucubrationes ſpiritus exhauriunt conſumpto vitali ſucco maciem inuehũt, cruditates pariunt, vires labefactant, ſenſuum functiones debilitant, ac nõnunquam nimia ſiccitate delirium & inſaniã, atq; adeo mortem adferunt.

4. *Cur ſomnus immoderatus & intempeſtiuus non parum officit valetudini?*

Quia laxat membra, calorem natiuum hebetat, grauat caput, ſtupidos, ſocordes, obliuioſos, ad vitia procliues reddit, atq; ad ſubeundos labores reſq; libero homine dignas ſuſcipiendas pigros & inutiles reddit.

5. *Cur immodicus ſomnus maximè indigna res eſt ijs qui ſe bonarum artium ſtudijs dediderunt?*

Tum quia non jacet in molli lecto ſapientia, tum quia non decet ſapientiæ amatores meliorem vitæ partem quæ in vigilia conſiſtit, mortis imagine commutare, & vitam quæ homini tam breuis contigit breuiorem reddere. Hinc Ariſtoteles (Laert.) cum ſe ad quieſcendum componeret ſole-

ſolebat æneam ſphæram tenere in manu, pelui ſubiecta, eo conſilio, vt cum dormientis manu excuſſum pondus in ſubditum vas æneum decidiſſet, ſono illius excitatus ſtudium repeteret.

6. Cur tempus nocturnum ſomno eſt aptiſsimum?

Quia ipſum noctis ſilentium quietem aduocat, & circumfuſi aëris frigiditate innatus calor facilius ſeſe colligit & ad interiora reuocat.

7. Vtrumne homines à ſomno an potius à vigilia vitam ordiuntur?

Non dicitur proprie ſomnus niſi à quo quis expergiſci poteſt, at infantes intra matrum viſcera primis diebus propter humiditatis affluentiam, organi imperfectionem, ſenſuumque hebetudinem expergiſci nequeunt, ergo non dormiunt proprie, ideoque hominis vita nec à vigilia, nec à ſomno propriè accepto inchoatur, ſed à torpore illo per quem ad vigiliam quaſi per medium tranſit.

8. Cur plerumq; ij qui se multo ac præsertim vario cibo ingurgitarunt somnum ægrè capessunt?

Quia vt ignis congestu lignorum, ita natiuus calor nimio cibo suffocatur, & obruitur, ac tarde decoquit, tarda autem decoctio sero ac segniter vaporem exhalat, idq; potissimum accidit cum diuersi generis edulijs plenus est venter. Nam cum alia tardius alia citius in Chylum vertantur coacessit stomachus, & ab officio suo impeditur, tum etiam frequens eructatio huc illuc corpus versat nec halitum recta via in sublime rapi sinit.

9. Cur primus somnus arctior esse solet?

Quia initio maior humoris copia in superas partes euadit, quæ vt paulatim absumitur ita somnum gignit liberiorē. hinc & infantuli primo ætatis ingressu alto sapore opprimuntur, quia calidi sunt & prę humidi, adeo vt quinque mensibus ceruicem non inflectant vnde & Arist. vsum vini (quod halitibus plenum sit) tam ipsis quam earum nutricibus interdicit.

10. Cur

10. Cur glires dum hyeme dormiunt maxime pinguescunt?

Quia dum hyberna latebra sese continent obtorpescit in eis calor isq́; cum lentè admodum carpat natiuum humidum conuertit in eorum substantiam pituitam intus asseruatam eaq́; pasti dilatantur. hinc Martial. lib. 13.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, cum me nil nisi somnus alit.

11. Cur tristitia somnum adimit?

Tristitia in homine præsertim cogitabundo propter occupationem imaginatiuæ coctionem deprauat, vaporē dispescit, humidum cōsumit. idem ob eandem causam præstat meditatio & lectio, etsi hæc interdum somnum aduocent, cum is qui meditatur aut legit ita est affectus, vt vaporum copia (membris, sensibusq́; & animalibus spiritibus tunc magis quiescentibus) in cerebrum euecta intentionem, & applicationem animi torpidã reddat ac tandem meatus occludat, eadēq́; est causa cur blandus aquarum decursus somnum conciliet.

12. Cur musica somnum iucunde allicit?

Quia anima ad cantus intenta reliquorum sensuum quasi oblita spiritus ad eorum officinas immittere desinit, eosq́; ad audiendi organum aduocat, ij vero humidum, si quod ibi inueniunt, in halitum soluunt. atq; ita cum reliqui sensus spiritibus destituti tum auditus ipse ob excitatum vaporem facile soporantur, omniumq́; sensuum iucunda quies existit.

13. Quam ob caussam aliquando dormientes grauiter conflictantur quasi oppressi incubantis & vocem ac spiritum intercludentis dæmonis, aut alterius rei similis pondere quod ephialtem quasi subsultorem vocant?

Quia, potissimũ post affluentem satietatẽ, multus sanguis aut spiritus ob defectum coctionis parum defæcatus, proindeq́; obscurus & tetricus in cerebrũ euadit, ipsumq́; degrauat, atq; accubatu suo terrificã illam mouet imaginem, & quia in somnis parua apparent magna videtur sibi qui ita est affectus, superiniecta mole premi aut suffocari eluso phantasię sensu, à quo labore, vt se expediat, & vt lemures illos aut striges quibus

quib⁹ se opprimi imaginatur, excutiat, conatum facit, ac nónunquam diu luctatur & suspiria gemitusq; plorabũdos edit, & succlamat, nec excitare se omnino potest mul to halitu spirituũ vias obsidente, immo & prauo humore cor, pectoris musculos, dorsum, & tẽdones simul occupãte. Quoniam autem istiusmodi affectio ex stomachi incoctione (vẽtriculi cruditate) & humorum colluuie originẽ habet, solent incubi grauium morborum anteambulones esse. v. Conimbr. in phys.

14. *Cur quidam à prandio se tradunt quieti & paulisper dormiunt?*

Vt vires laboribus mentis vel corporis antea fatigatæ somno recreentur & spiritus consumpti reparentur.

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus
Febris, pigrites, capitis dolor, atq; catarrhus
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano.

Capvt LII.

DE STVLTIS.

1. *Quanam magistra proficiunt stulti?*

Experiẽtia. plagis. n. admoniti sapere discunt. hinc

hinc Germani dicunt, Narren sol man mit Kolben lausen/ stultis claua esse quęrendos pediculos, vt S. litterę sæpius inculcant ferulam pertinere ad tergū stultorum. Virgis enim & fustibus in officio continendi sunt. Sapiens nutu, stultus fuste regitur. Prou. 10. 13. & 19 29. & 26. 3.

2. Vtrum stulti sapientibus plus adferunt vtilitatis, an sapientes stultis?

Respondet Cato: Prudentibus stulti. Nam prudentes videntes errata stultorum ea facti cautiores vitant: stulti vero quia quæ à sapientibus recte fiunt non vident ea imitari non possunt. Plut. aliorum παθήματα sapientibus sunt μαθήματα. Sapientes sine labore & periculo aliorum erratis & calamitatibus fiunt doctiores.

3. Quid sibi vult prouerbium, in non sapiendo esse vitam iucundissimam?

Eironice intelligendum est, Summa enim infelicitas est desipere, cum nihil aliud nos discriminet à brutis animantibus nisi Ratio quę si officium non facit & rudis est, tota vita est miserrima.

4. Quid

4. *Quid differt sapiens ab insipiente?*

Mittantur ambo nudi ad ignotum, & discrimen eorum cognoscetur.

CAPVT LIII.

DE SVPERBIA.

1. *Quinam habent aures in pedibus?*

SVperbi. Aristippus enim à Dionysio quid petens cùm non exaudiretur, tandem ad pedes illius prouolutus quod petierat impetrauit. Ob hanc indignam Philosopho humilitatem reprehensus, aiebat, *Culpam hanc non suam esse, sed Regis qui aures in pedibus haberet.*

2. *Quando plumæ plures sunt quam ipsa auis?*

Cum superbi nimis ambitiose sunt ornati. Freno autem inaurato equus nõ redditur melior.

3 *Quæ sunt 4. bonæ matres quæ 4. pessimas pariunt filias?*

Veritas odium, prosperitas superbiam, securitas periculũ, familiaritas cõtemtum parit.

4. *Quo-*

4. Quomodo docet diabolus suos discipulos declinare omnes casus?

Nominatiuũ superbos docet declinare, isti enim magna Nomina & titulos quęrũt.

Genitiuum auaros quia ipsis per vsuram pecunia gignit pecuniam.

Datiuũ libidinosos, quia isti effundunt etiam patrimonia sua in meretrices.

Accusatiuum, detractores, quia accusant omnia facta proximi.

Vocatiuum eos qui nomina virtutum imponunt suis vitijs, vocant superbiã grauitatem, &c.

Ablatiuum, fures & raptores, per hanc scalam eos deturbat ad inferos.

CAPVT LIV.

DE TEMPLIS.

1. Suntne templa, cœmeteria, & alia loca sacra ægris, præsertim febricitantibus noxia?

NEquaquã si quis ea extra cõcurrentis turbę tumultum adeat quẽ male affectis nocere posse (ob indiscretę multitudinis cõfusum halitum) mirũ non est, cum & benè affectis aliquando ægritudinẽ pariat.

2. Cur

2. Cur hæretici in templis & cœmeteriis crucis aut crucifixi Christi nostri imaginem non ferunt?

Vt declarent se sub crucis & crucifixi auspicijs non militare, ac mercedem à crucis& crucifixi iurato hoste exspectare. Legat is qui superioribus diebus hîc in cœmeterio Deiparę virginis imaginem Christi túrpiter deformauit in meo Theatro historico pœnas Iconomachorum.

3. Quot annis fabricatum est templum Hierosolymitanum?

46. annis, quot etiam dies fuerunt in corporis dominici (Christi) perfectione S. Aug. lib. 83. qq. 55. q.

4. Quot artifices in eo ædificando fuerunt?

Centum quinquaginta millia & sexcenti: horum octoginta millia incumbebant lapidibus excidendis ex montibus. Sexcenti erant fabricæ præfecti, operum præpositi ad tria millia & sexcenti numerabantur, 2. Par. 2. &c.

5. Quanti

5. Quanti constiterunt templi Hierosolymitani columnæ & vasa?

Aurum quod in templis columnis & vasis duntaxat fuit consumptũ valuit, teste Budęo, 300. tonis auri. Si his annumeraueris dena talenta mercedem operarijs 183600. datam, colliges summã, quadragintas amplius tonnas auri, opificum sumptibus cibarijs viginti annorum non computatis, nec pretio, quo lapides, ligna, argentum, stannum, & æs comparata sunt æstimato.

CAPVT LV.

DE TEMPORE.

1. Quot temporibus quasi pedibus incedit annus?

Ver, æstas, autumnus, hyems, sunt quatuor vnum,
Quæ si membra simul iunxeris, annus erunt.

2. Quid est ver ex anno tollere?

Id quod in negotio præcipuũ est auferre.

3. Cur veteres annum designabant per draconem curuum in sese flexum suamq; caudam mordentem?

Quia

Quia volubili ore circumagitur, & semper in sese sua per vestigia voluitur annus. Virg. 2. Georg. *Alatum pingebant tempus quia recte ait.* Mant. *Mobile tempus abit, mora nulla fugacibus annis.*

4. Quot sunt dies in anno?

Septem, quorũ repetitione omne tẽpus agitur. vel: L, x, v, *tria* c. *capit annus quilibet in se, Addito* v i. *horas, anni compleueris horas.*

5. Quis est ille dies qui sibi similem nec ante se habuit, nec post se habiturus est?

Quo, Iosuæ tempore, sol in medio cælo stabat, neq; festinabat ad occasum. eo enim productior dies nullo in æuo fuit: Ios. 10. v. 12.

6. Quænam optima est totius diei pars.

Aurora, Musis amica, & studijs grata. Die morgenstund trägt den Gülden im Mund. Sãctificat, ditat, sanat quoq;, surgere mane.

7. Cur veteres finxerũt occasionem ceu pulchrum puerum ac Deum summis pedum digitis insistentem, nouaculã in dextera tenentẽ, crinibus tantum anterioribus præditum, occipitio caluo?

Vt

Vt significarent commoditatem celeriter præteruolare, & nunquam aut raro redire.

8. Quomodo soluitur Cleobuli ænigma de anno,

Est vnus genitor, nati bona pignora bis sex,
Triginta cuiusq; natæ, sed dispare forma,
Hæ nueæ aspectu, nigræq; coloribus istæ,
Atq; immortales omnes moriuntur ad vnum?

Resp. annus duodecim mensibus conficitur quorum quilibet 30. diebus luce & tenebris distinctis perficitur. Laert. lib. 1.

9. Quomodo Æsopi ænigma de anno soluitur

Est templum ingens, & in eo columna 12 vrbes continens, quarum singulæ 30. trabibus fulciuntur quas circumcurrunt duæ mulieres?

R. Templum est mundus columna annus, vrbes menses; trabes, dies; dies & nox duæ sorores quarum vna parit alteram, & ipsa quæ genita est rursus ab alia gignitur, & sic vicissim sibi succedunt.

10. Possum ne vere affirmare me nullos annos habere?

Possum quia quos habui abierunt, non habeo.

Tempo-

Temporis in puncto fugientis pendeo, nam nec
Quod nondum est nec quod iam fuit ante, meũ est.

11 Quæ reuocari non possunt?

Iuuentus, tempus, verbum prolatum, & virginitas.

12. Cur gloriam vocauit Bion matrem annorum?

Quia cum hominis vita sit breuis, honesta memoria per multa sæcula propagatur, Laert. lib 5. c. 7.

Capvt LVI.

DE TERRA.

1. Vbi res lucidissimæ medijs in tenebris, & splendidæ obscuro in loco positæ sunt?

VBi gemmæ è terra natæ in terra abditæ sunt.

2. Quando lutum à luto tractatur?

Cum figuli, qui ipsi lutum sunt, è terrea massa vasa fingunt, & metallorum fusores terram in aurum, æs, ferrum conuertunt, item vitri fusores arenam in vnum corpus continuum & lucidum transferunt.

3. Quod-

3. *Quodnam pondus terra inter alia plurima quæ portat est grauissimum?*

Homo impius terræ est oneri, non secus atq; cadauer putre ac fœtidum suo fœtore aërem corrumpit.

4. *Quænam terra non nisi quater ab hominibus conspecta fuit?*

Fundus Iordanis, cum Deus aquas finderet vt sicco pede pertransirent, quod factum est semel per Mosen. Exod. 14. post per Iosuam, Iosu. 3. tum per Eliam, 2. Reg. 2. v. 8. deniq; per Elisæum v. 14.

5. *Quo ænigmate significatur aratrum?*

Ore gero gladium, matrisq; (terræ) pectore condo
Vt mox quæ nūc sunt mortua (fruges) viua colas,
Dux meus à tergo est, caudamq; (stiuam) trahens (retrahensq;
Hasta (stimulo) non me vt eà verberet, ast alios.

6. *Quis fimus optimus est in agro?*

Oculus œconomicus, Arist. in Oecon. lib. 1. c. 6 seu Domini vestigia. Si enim Dominus ipse crebro suos agros visat atq; curet, reddūtur fœcundi. Columella ait li. 1. cap. 1.

cap.1. procul ab agro suo dissitus, iacturæ suæ vicinus est. & Præsentia domini nisi frequens operibus interuenerit, vt in exercitu cum abest imperator, cuncta officia cessant. Plin. ait; agrorũ cultura opera & nõ impensa cõstat li. 18.c.6. C. Furius Cresinus è seruitute liberatus in paruo admodum agello largiores fructus cũ perciperet quam ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna erat, quasi fruges alienas pelliceret veneficijs. quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta metuens damnationem cum in suffragia per tribus oporteret ire, omne instrumentum rusticum in forum attulit, & adduxit filiam validam beneque (vt Piso ait) curatam, vestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres põderosos, boues saturos, postea dixit, *venefícia mea, Quirites, hac sunt, nec possum vobis vigilias sudoresq́ referre*, & sic omnium sententijs absolutus est. Recte nostrates: **Ackerman/wackerman.** Virg Laudato ingentia rura exiguum colito (eximie) Colum. li. 1. cap. 3. Oportet agrum imbecilliorem non nimis latum esse quam agricolam (vt coli

possit recte). Sic & Doctrina non tam ingenio quam labore acquiritur.

Sic etiam dicimus, Domini oculum optime saginare equum, ipsi enim res nostras curare debemus, nec ab alijs exspectare quod per nos possumus agere maxime cū difficilis sit cura rerum alienarum. Plut. de educ. Arist. in œcon. lib. 1. c. 6. colum. li. 3. c. 21. hinc apud Cic. celebratur (quod à veteribus oraculi vice vsurpatum Cato in re rustica testatur): Frons occipitio prior est. Claram certe & illustrem domum facit aspectus heri, quo nisi illustretur omnia in caligine & tenebris iacerēt. hinc AEschylus assiduam heri in domo præsentiam domus oculum appellat.

7. Vbi terra altior est cœlo?

Vbi corpus Christi, quod est substantię terreæ, supra omnes cælos exaltatum est. Chrysost. hom. 5. in c. 2. ad Heb.

8. Quinam homines ex terra iusta matre nouercam facere attentant?

Dardanarij seu annonæ flagellatores, qui terram omnium matrem duntaxat suam matrem esse volunt. Prou. 11. v. 26.

9. Ge-

9. *Generauit ne terra ante primorum hominum peccatum cum spinis an sine spinis rosas?*

Rosis mox à prima origine adnatæ sunt spinæ, cum id natiua rosarum proprietas & conditio postulet. D. Thomas ait Deum dixisse terram germinaturam Adamo spinas, non quod eas ante illius peccatum nō germinasset, sed quia, nisi diuinum violasset imperium, haudquaquam ei in pœnam & laborem cessissent. vt & in statu innocentiæ procreasset terra herbas noxias, quæ tamen homini minimè nocuissent.

10. *Cur voluit Deus vt quibus vna regio ob soli fœcunditatem abundat eisdem alia ob sterilitatem indigeret, seu cur non omnis fert omnia tellus?*

Vt istiusmodi auxiliorum necessitate societas mutuaq; amicitia inter homines iungeretur. Sicut enim saturitas & nullius indigens copia beneuolentiam aliorum spernit, sic indigentia, dum exterorum commercijs necessaria procurat reciprocæ charitatis nectit vincula. Theodoret. ser. 2. de prouid. v. locum de elementis.

CAPVT LVII.

DE VESTIBVS.

1. Quænam vestes omnium maximè diuturnæ vnquam fuerunt?

ISraëlitarum in deserto quæ intra 40. totos annos detritæ non fuerunt. Deut. 8.4.

2. Quomodo aliquando cuidam philosopho decora vestis aditum conciliauit in aulam Regis?

Author est Innocentius lib. 2. de contemptu mundi c. 39. philosophum quendam in habitu contemptibili principis aulam adijsse & diu pulsantem non fuisse admissum, sed identidem repulsum, postea mutato habitu & elegante vestitu ornatus cum accederet, ad primam vocem ianua venienti patuit. Qui procedens ad principem pallium quod gestabat, venerans exosculabatur. Quam rem vt insolitam admiratus princeps. *Quid hoc ageret?* exquisiuit. Respondit Sapiens: *honorantem honoro, quia quod virtus nō potuit vestitus & pulchritudo obti-*

obtinuit. Hunc homines decorant quem vestimenta decorant.

3. Cur fœminæ quæ nimium exornari postulant dicuntur viros docere rapere?

Quia loculos eorum exhauriunt. Sen. lib. 1. nat. qq. ait: quidquid muliebris mundus vocatur sarcinæ viriles sunt.

4. Quid lunulæ in calceis patriciorum Rom. denotabant?

Vt varij in luna sunt vultus, ita varios nobilibus fortunæ vultus esse extimescendos indicarunt. Ex obscuro ꝓdit illa, tenui luce coruscãs, mox maiorem acquirit: soli opposita plena luce resplendet, sed cum iam clarissimam lætamq; ostentat faciem rursus consenescens deficit, donec plane luce omni amissa ex conspectu hominum euanescat. ita meminerint nobiles, commonefacti nobili hoc antiquitatis documento & his nobilitatis primę insignibus, varijs se fortunæ casibus obiectos esse, & fieri posse vt mutata sæpius fortuna tandem omnes prorsus lunulas suas amittant. v. de ambit.

5. Cur in stultorum classe vel nauigio primum veretur locum luxui vestium studens?

Quia vestimenta dedecoris nostri & infamiæ, quam primi nostri parentes contraxerunt, euidentissima sunt indicia & operimenta.

CAPVT LVIII.

DE VINO.

1. Cur vinum à Deo est creatum, cum natura primis ante diluuium sæculis aqua vixerit contenta?

GEnerosum hunc liquorem, euidentissimo paterni amoris testimonio temperatè ac sobriè, iuxta naturæ exigentiam, nobis concessit vtendum. 1. vt lætificet cor nostrum Psal. 103. 2. vt virium robur laboribus dissolutum, debilitatum ac fractum, reficiat seu vires roboret, spiritus omnes, præcipue vitales, confortet & cunctas membrorũ tum facultates, tũ functiones laboribus imminutas reficiat. 3. vt animum ad quæuis ardua fortiter suscipienda vigore suo exhilaret, erigat, impellat, atq; confirmet. Hinc Athenæus vinum ingenij tor-

tormentum vocat lib. 2. dipnosoph. c. 1. & Latini plantam quę vinum profert vitem quasi vitam dixerunt, quod (si eius vsum temperantia cōdiat) ad alendum & augendum vigorem, ac proinde animum quoq; ac vitam eo nihil sit efficacius. immodice autem potum vim infert animo.

2. Cur Alexis Comicus ait: natura vini & hominis est similima?

1 Quia si Galeno credimus, *vinum potū minimā requirit alterationem vt homini aßimiletur.* 2. Quia vt Antiphanes ait; σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν βίος οἴνῳ προσφερής, ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν ὄξος γίνεται. *Est nostra vino vita quam simillima Acescit, est cum reliqua parua portio:* apud Stobæum ser. 18. de contin. Ita subacida sit senectus, quæ per seipsa morbus est. 3. Quia vt vinū prius deferuescit & plurimas sordes despumat, quàm fit asperum & potu aptum: ita sapientia longo variarum rerum vsu & decursis multorum annorum spacijs comparata senectutis plerunq; est comes indiuiduus. Non ergo mirum multos anhelis faucibus sitire vinum.

3. Cur prouerbio dicitur Vinum non habere clauum?

Quia ebrietas nihil consultè, neq; moderate vel dicit vel facit, obruitur enim per eã ratio quæ claui vice sobrios moderatur & gubernat. Hinc vinũ dicitur Temetum quasi tentans mentem, temulentia enim vsum rationis impediens ad omne flagitium & scelus mentem tentat & impellit. Plaut. Luctator dolosus est vinum, pedes captat primulum.

4. Cur prouerbio vinum dicitur Veritas?

Quia, vt ait Athenæus, vinum affluentius potum, promptos reddit, animoq; imperterritos ad nudam simplicemque proclendam veritatem? Si autem vsus rationis per vinum non excitatus, sed omnino sit sublatus, fit *Feritas.*

5. An vinea, vitis vinum extiterunt, creuerunt, pota fuerunt ante diluuium?

Procopius Gazæus in cap. 9. Genes. ait: *Vitis quidem ante diluuium in orbe fuit, vinum autem ignorabatur*, *cuius inuentor fuit Noachus. hinc accidit vt vini repertor ebrietatem experiretur*

vetur primus. At si vinum erat ante diluuium, qui fit quod non memoriæ proditum sit quis eo vsus fuerit? Fortaßis non citra diuinam prouidentiam, nec carnium, nec vini vsus ante diluuium frequentatus est. Si enim vt docet scriptura tanta dementia fuit illorum mortalium, vt aquis domādi fuerint, quid euenisset si carnium & vini vsus fuisset cognitus? profecto nemo illorum ferociam compescere aut refrænare potuisset, Cæterum vi diuinæ orationis quæ in rerum primordio deprompta est, Germinet terra herbam virentem, etiam vitis prodiit, cum omnia essent præsenti inundatione ablata & dißipata. Gen. 9.

6. Quare Anacharsis dixit vitem ferre tres vuas, 1. voluptatis. 2. ebrietatis. 3. contumeliarum seu discordiarum?

Quia vinum immodice ſumptum facit hominem tandē erumpere in contumelias, &c. Sic AEſopus vel alius quiſpiam dixit: primus crater ad ſitim pertinet, 2. ad hilaritatem Tibull. Odit Lenæus triſtia verba pater. 3. ad voluptatem. 4. ad inſaniam. Athenæus lib. de potat. apud Stobæum ſer. 18. de incont. ὄινος ἄνωγε γέροντα καὶ ἐκ

μέλοντα χορεύειν vinum senes facit etiam nolentes saltitare. Menander:

Merum copiosum parum cogit sapere.

Quo minus ægrotes caue grandia pocula potes.

Sanior esse potes si cum moderamine potes

Bacchus & argentum mutant mores sapientum.

Bacchus Rhenensis decus est & gloria mensis,

Viuat in æternum qui dat mihi dulce falernum.

7. Cur qui ex cereuisia ebrietatem contraxerunt plerumq; retrorsum cadunt, & capite in ceruices deuoluto biantiq; ore dormiunt; qui ex vino, antrorsum proruunt, & facie mentoq; in pectus inclinato dormiunt?

Leuinus Lemnius lib. 2. de occult. nat. Mirac. ca. 19. hanc reddit caussam. *fumi*, inquit, *uaporesq; ex vino sinciput partesq; corporis anteriores occupant, ex cereuisia occiput partesq; posticas obsidet, quo fit vt isti obliuiosi sint, ac somnolenti, minimeq; loquaces ac clamosi.*

8. Cur vinum dicitur loquax?

Quia ebrij tacere nesciunt. *Ebrietas prodit, quod amat cor siue quod odit, post vinum verba, post imbrem nascitur herba.*

Horat.

Horat. *Fœcundi calices quē non fecere disertum?*

Qui bona vina bibunt vates bona Carmina scribunt.

9. Quid hoc carmine significatur?

Bacchus me genuit, obba est amplissima mater
Ventus mi frater, pluuia tenella soror.

Vinum, Bacchus enim vitis sator poëtis dicitur, obba vas fictile rotundum orbem terræ refert, quæ cum vitem gremio exceperit atq; protulerit vuas, non male dicitur mater vini eadem quoq; cum exhalationes siccas vaporesque humidos edat non ineptè ventum pluuiamque vocamus fratrem sororemq; vini.

10. Expedit ne vinum baptizare vel aquam vino miscere?

Temperet vt lympha vinum dum forte monetur
Germanus quidam, talia verba refert:
Si vestes ingressa adeo solet esse molesta,
Pernicies stomacho quantaq; pestis, aqua est?

11. Vbi carissimè venditur aqua?

Vbi caupones vino exotico aquam admiscent. Martialis lib. 1. Epigramm. etiam

vino iugulari falernum putat àtq; ineluibile scelus id esse prædicat. Esaias etiam ca. 1. inter scelera præcipua commemorat vini ac monetæ adulterationem.

12. Suntne vinolenti ad pugnam lenti?

Non, sed maximè violenti (Prou. 23.) imo vinarij sunt sanguinarij, & inde mortem hauriunt vnde cæteri vitam.

13. Quodnam vinum præ cæteris probandum est?

Quod placet oculis colore, naribus odore, palato sapore. vocatur hoc ab initialibus litteris vinum Cos. vulgus vocat vinum Theologicum.

14. Quodnam Bacchi est sodalitium & satellitium, siue quos comites habet vinum immodicè sumptum?

Panthera, tigres, Bacchum, Satyriq; sequuntur,
In vino feritas, iurgia, probra, Venus.

15. Vtrum ebriosus sorbet vinum an sorbetur à vino?

Vtrumq; fit. Dum vinum habes in scypho illud est in tua potestate, dum in corpore

pore tu es in illius, haberis iam, non habes. Cum bibis tu tractas vinum pro tuo libitu, postquam biberis illud tractabit te pro suo. hinc Diogeni cum in quodam conuiuio multum vini datum esset id effudit, cumq́; quidam eum reprehenderent, inquit, *Si ebibero non solum ipsum perit, sed me quoq; perdit.*

16. Cur pueris non est bibendum vinum?

Quia plus iusto calidum est ideoq́; non aliter quam flamma flammis adiecta stramineum corpus infantis vrit & accēdit. vinum à vi dicitur, quia menti vim infert.

17. Quid sentit Galenus de vino austero?

Illud magis corroborare ventriculum & minus officere cerebro. iuuat enim ventriculum natiua siccitate & aliquantulum astringit & minus calidos fumos exhalat. Sed tamen de vino non crudo, nec nimis aquoso ac tenui loquitur.

18. Cur vinum & acetum frigore raro durescunt?

Quia vinum insito calore frigus repel-

lit, acetum, cum tenuissimarũ sit partium, concretionem respuit.

19. Quomodo vocat dominus Deus Oenopolas qui vinum suum aqua miscent?

Populum grauem iniquitate, semen nequam, filios sceleratos &c. Esa. 1. v. 4. 22. Oenopola vel vini mercator Lugdunensis vt lucra augeret vinum aqua miscebat, & quia aquam pro vino vendebat, ad tempus non parum hac arte locupletatus est. Nauigio igitur ad emporia traij-iens Ararim fluuium, marsupium penes se pecuniâ oppletum habebat. interim dum aliquid negotiatur nummulum extrahit, marsupium vero, quod è pelle confectum fuerat cum à miluo conspectum quasi animal ob pilos putaretur, rapitur, & in sublime fertur, at vbi miluus prædam sibi non posse prodesse senserat dimisit, quæ in profluentem lapsa vlterius cõspici nusquam potuit. iniquus mercator culpam suam agnoscens dicebat: *Quo peccaui eodem & iacturam patior, per aquam pecuniam cõgregaui, in aquam lucrum omne dilapsum est*. Lucra iuste quæsita

vbiq;

vbiq; iniusta nec donii tuta sunt. Greg. Turon. in glor. confiss. c. 109. Milui mores mercator erat imitatus, igitur non nisi à miluo exspectãda erat criminis huiusmodi animaduersio.

20. Cur Plautus vinum dolosum vocat luctatorem?

Quia quisquis cum eo luctatur succumbit. Recte etiã dixit ille: *Diues eram dudum me fecerunt tria nudum, alea, vina, venus tribus his sum factus egenus.*

21. Quid Romulus parum in cœna bibens dicenti, Si id omnes homines facerent vinum vilius foret, respondit?

Imo vero vinum carum foret, si quantum quisque vellet biberet, nam ego bibi quantum volui. Gell. lib. 11. c. 14.

22. Quæ sunt boni vini proprietates?

Si bona vina cupis quinq; hæc laudantur in illis
Fortia, formosa, & fragrantia, frigida, frisca.
Sunt nutritiua plus (corpora multum augent tibi) dulcia candida vina.
Si vinum rubeum nimium quandoq; bibatur
Venter stipatur, vox limpida turbificatur.

23. Cur

23. Cur vinum aqua mistum citius inebriat vt & mustum?

Quia aqua vinum citius discurrere facit.

24. Cur Parisienses vinum validissimum vocant Theologicum?

Quia de Theologis vel pastoribus scriptum est, peccata populi comedetis, Ose. 4. at cibi autem huius duri concoctionem vino opus est efficacissimo.

25. Cur Senatus Coloniensis magnatibus honoris gratia mittit vinum in cantharis testaceis, neq; cantharos eos repetit?

Olim vinum solebat mitti cantharis argēteis, hoc honoris cum esset habitum cuidam ex eorum numero qui magnam nobilitatis partem existimant rapto viuere, postridie mane profectus est cum argenteis cantharis, re comperta misit ad illum Senatus qui cantharos reposceret, at ille: *vltro,* inquit, *dono dedistis, & ego gratias egi* hoc casu admoniti Colon. mutarunt consuetudinem. γερούσιον (vt Homerus vocat) id est, honorarium vinum hospitibus datur.

26. Quod-

26. *Quodnam vinum optimum?*

Diogenes interrogatus de quonam vino omnium lubentiſſime biberet? de alieno reſpondit.

27. *Quæ res male tractantur?*

Aues in manibus puerorum, & vinum in manibus Germanorum qui illud non bibunt aut abſorbent ſed liguriunt & tanquam ei collum frangunt.

28. *Cur non licet ieiuno ſtomacho bibere vinum?*

Quia admodum nocet cerebro, & quandoq; inducit morbum caducum vel apoplexiam.

29. *Cur nocet ſtomacho nouum muſtum?*

Quia eſt indigeſtibile, ideoq́; multum inflat ventrem, & aliquo modo prouocat dyſenteriam. vnde verſ.

Impedit vrinam muſtum ſoluit cito ventrem
Vinum ſit clarum, vetus, ſubtile, maturum.
Ac bene lymphatum (dilutũ) *ſaliens* al. ſoluens *moderamine ſumptum.*
Gignit & humores melius vinum meliores,
Si fuerit nigrum corpus reddit tibi pigrum.

30. Cur

30. Cur bibones & qui se frequenter vino ingurgitant mortem sibi accelerant?

Quia ascititio calore humidum primigenium celeriter absumunt ipsumq; natiuum calorem euanescente eius pabulo dissipant. Secus accidit ijs qui moderato vtuntur vino, quo natiuus calor iuuatur & ciborum decoctio promouetur. Plato tamen 2. de leg. omnino vetat ne adolescentes ad annum vsque duodeuigesimum vinum bibant, ne si vini calor ad feruorem ætatis accesserit, ignem igni addant.

31. Cur vinum, lac, papauer, lactuca, amygdala dulcia, aliaq; eiusmodi somnifera dicuntur?

Quia plurimum vaporem sursum efferunt, & humenti suauique habitu cerebrum irrigant atque hac ratione somnum conciliant. is enim inducitur euaporatione & obstructione meatuum per quos spiritus animales excurrunt.

32. Qua

32. Quæ lex obseruanda est ijs qui bibunt vinum?

S. Pauli *Vino non spurcato,*
Paululo, non nimio,
Et modico, non immodico,
Vtere, non abutere,
Bibe, non inebriare.

Propter tuum stomachum, nõ contra stomachum, Ob infirmitates, non ad infirmitatem vsq;, Propter tuum stomachum; non ad alterius stomachum vel nutum, ob tuas in firmitates, non ad alterius valetudinem vt tu infirmus fias.

Non vsq; dum & tibi & alteri stomachũ moueas.

Vinum lętificabit cor hominis, non lethificabit (mortificabit seu enecabit, hominem).

Corda nostra refocillentur & recreentur non grauentur crapula & ebrietate.

33. Eratne olim aliquis vsus vini in bellis?

Vel nullus, vel moderatus. Plato 2. de leg. Fescennius imp. militibus suis vinum flagitantibus respondet, *Nilum habetis & vinum quæritis?*

CAPVT LIX.

DE VIRTVTE.

1. Quodnam est virtutis alimentum & præmium?

VAl.li.2. virtutis vberrimum alimentum est honor. Arist.8.Eth. honor est præmium virtutis.Prou.26. quomodo nix &c.

2. Cur spes honoris & metus pœna dicuntur elementa virtutum?

Quia illa ad honesta studia alacriores reddit,hic deprauatos impetus hebescere cogit tardioresq; facit ad ea quæ à rationis libra visuntur semota.

3. Quomodo probus seu virtutis thorace indutus est honorandus?

1. Assurgendo venienti (Leu. 19. Gell.li. 6.c.9.)2. comitando incedentem (2. Reg. 15.Gell.lib.2.c.14.)3. Deponendo propriam magnificentiam(Apoc.4.) Plutar.Magistratibus&alijs potentioribus caput aperimus qa omnia nostra illis patere debent: 4. Pretiosioribus vestibus se ornãdo. Sen. ad

ad vxorem Neronis: *indue te delicatè non propter te se propter honorem imperij*. 5. Salutãdo. Eutropius: Traianus imp. persæpè amicos salutationis gratia visitauit. Iosephus: Ordo in Rom. militia hic erat vt milites ad centuriones, illi ad Tribunos, quos Græci chiliarchos vocant, mane conuenirent salutatum, sic ordo dignitatum & authoritatum obseruabatur. 6. erigendo statuas. in Palatio Parisiensi cuique Regi Galliæ post mortem erigitur statua, ita vt per eam demonstretur qualis fuerit in regimine, Si bonus, habet manus eleuatas, si malus aut vnicam aut ambas habet depressas. Hoc timens Ludouicus II. dum viueret adhuc fieri sibi curauit statuam.

4. Cur honorandi sunt Pij & Religiosi?

Ob inhabitantem Sp.S. vt capsella propter reliquias. St. Aug. in Reg. ait: *Templum materiale honoratur quia Deo dicatum, quanto magis rationale dicatum Deo per votũ religionis?*

5. Quæ sunt signa aliquem ob virtutem honorari?

1. Si sedeat à dextris vel versus ignem. 2. pro-

2. prope dominum, 2. Esd. 3. 3. in medio duorum vel plurium. 4. in principio vel capite & loco altiori. 5. Si parieti magis proximus sit. 6. Si primam habeat vocem, Syr. 22.

CAPVT LX.

DE VITA.

1. *Vnde longa vita?*

ITalus quidam 115 annos natus & illa ipsa ætate mirum in modum sanus adhuc & vegetus à Cardinali quodam rogatus quibus remedijs vitam ad tàm multos annos produxisset, respondit, *Cibum bonum* * *manducando, pedes socculis velando, caput sedulo tegendo, curas omnes fugiendo.* Recte autem ait S. Aug. in tract. super Ioan. 45. *Cui non datur in æternũ viuere quid prodest bene viuere?*

2. *Quinam bis viuunt?*

Qui bene viuunt. *Ampliat ætatis spacium sibi vir bonus, hoc est,*

Viuere bis, vita posse priore frui. Mart. lib. 10.

Cur tibi tam leuis est cur tàm iucunda senectus?

Libera quòd vitijs tota iuuenta fuit. Mantuan.

Bern.

Bern. *O vita secura vbi conscientia pura.*

3 Quid maxime admirandum in vita?

Aristippus hoc interrogatus respondit: Vir probus, cum licet inter multos improbos agat, non tamen peruertatur.

4. Quidnam est quod quanto magis crescere videtur tanto magis decrescit, quo plus procedit, eo magis ad interitum vergit?

Vita humana. Sicut enim ignis non nisi consumptione fomentorum fouetur, ita hominis ætas quanto magis crescit tanto magis decrescit, id est, morti fit propinquior. atque ita homo simul incipit viuere & mori. ingressus viam quę ad mortem & sepulchrum tendit.

5. Quæ fuit tam longa vitæ caussa quam vixerunt homines primæ ætatis ante diluuium?

Prȩter voluntatē Dei auctoris omnis vitę. 7. huius lōgȩvitatis cōmemorantur caussæ. 1. Bonitas cōstitutionis & tēperationis humani corporis qua primi homines vigebant. Re-

Recens enim à Deo facta natura putatur firmior fuisse ad seipsam conseruandã, fortior ad resistendum cõtrarijs, necdum tot morbis fracta & debilitata, prima ergo caussa in vigore isto collocatur.

2. Est sobrietas & continentia in cibo & potu omnisq; vitæ moderatio. Erat enim naturalis cibus & potus, isq; simplex. varietas autem, mixtura, & cõdimenta vitam debilitare creduntur.

3, Præstantia alimentorum ob eximiam bonitatem & feracitatem terræ ante diluuium, post terræ nascentia multo sunt imbecilliora & deteriora facta propter aquas salsas oceani, quæ inundantes terram sterilem eam fecerunt.

4. Cognitio Adamica perfectior, qua nouit naturales vires ac facultates herbarum, fructuum, metallorũ, lapidum, aliarumq; rerum, & quæ res vim obtinerent bene conseruandi & producendi vitam humanam, quibus rebus & vsus ipse est, & vti docuit posteros suos vsque ad diluuium.

5. Quia prima illa ætate super regionem illam

illam in qua homines illi habitabant fuisse dicuntur benigni, propitij atque salutares aspectus syderum, cælestesq́; defluxus.

6. Vt per longam vitam illorum hominum posset admodum multiplicari genus humanum quod in exordio mundi erat necessarium.

7. Vt ita diu viuentes homines possent rimari, indagare, & inuenire artes & scientias ad necessitates vtilitatesq́; vitæ humanæ, & ad humanam intellectus hominis perfectionem plurimum conferentes, quę non nisi longissima temporis experientia & obseruationibus reperiri & perfici potuerunt. Recte enim docet Aristot. Tempus esse & inuentorem & promotorem artium & scientiarum.

6. Qui sunt plerumq; breuioris vitæ?

Quibus ingenitus calor callidum produxit ingenium. contra longæui sunt qui simpliciore sunt mente, qui etiam firmiori sunt corpore ac membris. Aristot. Molliores carne aptiores sunt mente.

7. Quomodo homo discit recte viuere & bene mori?

Rectè viuere mortem commentando, bene mori, recte viuendo iuxta illud: *qualis vita, finis ita.* beatè viuere bene moriẽdo. Nota hic illud Hieron. ad Nepot. *Legi, relegi, perlegi nunquam vidi hominem pium mala morte perire.* & illud Aug. *Lege, & relege omnia dicta & scripta sanctorum & nihil inuenies horribilius quam hominem in eo statu viuere, in quo non audeat mori.*

8. Quis bene beateq́; viuit ac moritur?

Qui sibi ac mundo moritur hoc est, culpę & noxę suæ, soli autem Deo viuit. Hinc Aug. *Viue diu, sed viue Deo, nam viuere mundo*
Mortis opus, viua est viuere vita Deo.

Notum est illud epigramma:

Viues Deo gratus, toti mundo tumulatus,
Crimine mundatus, semper transire paratus.

9. Quid abbreuiat & quid prolongat vitam?

Triste cor ad mortis cogit te currere metas.
Spiritus exultans facit vt tua floreat ætas. v. in loco de ebriet. q. 6.

Capvt

CAPVT LXI.

DE VRBIBVS ET REGIONIBVS.

1. Quando constructa est vrbs Magdeburgum?

ANno Chr. 939. ab Othone Rege, Henrici filio. dicitur & Parthenopolis, id est, virginum ciuitas. Sigeb. in Chron.

2. Quando Lubeca, Rostochium, Riga, Stralesundium, Reualia, & Vismaria initium sumpserunt?

Lubeca Anno Christi 1140. Rostochium 1170. Riga 1286. Stralesundium 1208. Reualia 1223. Vismaria 1248. Ioan. Mag. li. 18. cap. vlt.

3. Quando Stocholmia?

An. Chr. 1256. Porta totius Suetiæ appellari potest estq; præcipua Sueonũ ciuitas im Königreich Schweden/ id. li. 19. c. 19.

4. Vnde Praga suum habet nomen?

Hęc Bohemiæ metropolis à Primislao III. duce & Libussa condita est. De cuius nomine cum ambigeretur misit Libussa ad fabros, & quã illi primã vocẽ emisissent ex illa oppidũ denominari iussit interrogat

ergo faber lignarius quidam quid ageret? Praham se facere dixit, hoc est, Limen inde nomen vrbi datum, quod posteri Pragam dixerunt. A En. Syl. in hist. Behem.

5. Vnde Cracouia?

A primo eius conditore Craco Polonorum principe.

6. Vnde Burgundiones habent nomen?

Quod olim vicos habitarent qui eorum lingua Burgi vocantur. Græcis πύργοι à cõmunione ignis τοῦ πυρός.

7. Cur Argentina seu Argentoratum germanicè dicitur Straßburg?

Hoc nomen habet ab Attila Hunorum Rege, qui ea direpta & mœnibus dirutis Polyodopolim edixit appellari quod multis vijs accessibilis esset. Munst. in Cosm. lib. 4. vbi agit de vngaria.

8. Vnde Tiberia augusta Regensburg?

A Regina, quasi Reginæburg.

9. Fuit olim Aldemberga clarissima ciuitas?

Crantz. lib. 3. Metrop. c. 26. ait quod hęc anti-

antiqua Vandaliæ ciuitas olim fuerit ad mare posita, cuius Reguli Danorum Regi inferre bella & inde exspectare non dubitarint propter portum quem habebat ad mare tutissimum. Nunc vero quod à mari æstus exaggerauit arenas, portu est priuata, adeoque decidit eius splendor vt iam diu rusticum nec clausum habeatur oppidulum.

10. Quam ampla fuit ciuitas Niniue à Nino ædificata?

Continebat in ambitu quadringenta stadia mille & quingentas in orbem turres, mœnia centenum pedum altitudine, latitudine vero tanta vt murorum fastigia essent ternis plaustris peruia. Diod. Sicul.

11. Quam ampla Babylonia seu Babylon quam huius vxor Semiramis exstruxit vel saltem instaurauit ac muris muniuit?

Amplissima vrbs fuit, S. litteræ eàm vocant ciuitatem trium dierum, cum trium dierũ itinere circumiri posset. S. Hieron. (Paquis vero vrbs Indiæ tam latè patet, vt

7. dierum interuallo recta pertrāsiri non possit, munita est tribus ambientibus muris). Adhibuit Semiramis ad id opus perficiendum ex omni regione hominum millia terdecies centena, cuius mœnia ambitu stadia tercenta & sexaginta complectebantur, frequentibus (60.) turribus & magnis tanta operis magnificentiâ vt in muri latitudine sex equorū currus vna ire possent, altitudo audientibus incredibilis, vt Ctesias Cnidius scribit, & vt ait Clitarchus pedum 365. addunt vnoquoq; anni die stadium muri absolutum, vt tot essent stadiorum circuitus quot dies annum cōficiunt. Diod. Sic. li. 2. c. 4. Ferunt ibi plebis vrbanæ sexcenta millia fuisse. Plin. li. 6. c. 26.

12. Quæ ciuitas teste Homero centum habuit portas?

Solis vrbs, Græci Thebas vocant. Plin. lib. 36. cpa. 14. Euseb, de præp. Euang. lib. 2. cap. 1.

13. Quæ vrbs Regis Hispaniæ igne est circundata?

Madritū cuius muri ex silicibus cōstant.

14. Cur

14. *Cur Colonia primatum Metropolis* (die Metropolitanische hochheit) *obtinuit?*

Quia Crescens Apostoli Pauli discipulus, qui Moguntiæ prædicauit, Coloniæ quoq; apostolicã verbi Dei visitationem primus intulit, & Petri discipulus Maternus ibidem docuit & quidem diutius quam Crescens, & eiusdem Ecclesiæ primus Episcopus fuit. dedit huic Ecclesiæ istum honorem Zacharias pontifex Rom. circa an. 742. Rupert. Abbas Tuit. de diu. off. lib. 1. cap. 27.

15. *Cur Turingia dicitur lumen Germaniæ?*

Quia licet longitudine & latitudine non excedat duodecim milliaria, tamen continet duodecim comitatus, totidem abbatias, centum 44. ciuitates, totidem oppida, bis mille pagos, & centum quinquaginta arces. Ortellius.

16. *Quot vrbes sunt in India?*

Quinque oppidorum millia, quorum singula ad minus nouem hominum millia habent Solin. c. 53.

17. Quot in Ægypto?

Decem & octo millia insigniorum vrbium. Sur. in comm. an. 1517.

18. Quid Germani respondent Italo & Gallo ad hos versus,

Germani cunctos possunt perferre labores,
O vtinam possent tam bene ferre sitim?

R. *Vt nos dulce merũ sic vos Venus improba vexat*
Lex posita est Veneri Iulia, nulla mero.
Germani sitiunt vinum, tuq; improbe Galle
Perfidiam, litem dissidiumq; sitis.

19. Cur Italia auitum ac primum Imperij Romani patrimonium, hodie cum imperio Romano nihil habet commune?

Quia Calabriã, Apuliam, Campaniam, Neapolim auita successione tenent Hispaniarum Reges, vrbem Romam, Cæsarum domicilium atq; sedem agrum Picenum, & Flaminiam, & Hetruriæ partem occupant Romani pontifices, &c. Breuiter totum illud quod hodie imperij nomine censetur intra Germaniæ fines includitur.

20. Quo-

20. Quomodo Imp. Rom. ſeu Germanorum manere poterit inuictum?

Si Germani principes cum ſuis fidelibus Romano imperatori fideliter aſſiſtant ſicut pręteritis temporibus conſueuerunt. Nam vt aues viſo flore cantant & lætantur, ſed ad aquilæ intuitum ſilent & fugiunt: ſic omnes barbaræ nationes aliorũ regum inſignia deſpiciunt, ſed Germanorum & Romanorum aquilas timent, protendente enim aquila Romanorum ab Europa alas ſuas, nec gryphones Aſiæ atque Africæ ſatis tutæ erunt.

21. Quæ ſunt regiones primæ ſeu altæ Germaniæ?

Francia, Bauaria, Auſtria, Stiria, Carinthia, Atheſis, Rhetia, Heluetia, Sueuia, VVirteberga, Alſatia, & vtraque ditio Palatina.

22. Quæ ſecundæ ſeu infimæ?

Lotharingia, Brabantia, Selandia, Hollandia, Friſia, Dania, Megapolis, Pomerania, Liuonia, Pruſſia, Marchia, Saxonia, VVeſtphaiia, Geldria, Cliuia, Iuliacum,

Hassia, Thuringia, Misnia, Lusatia, Silesia, Morauia, Bohemia, Franciæ pars aliqua, Luceburgum, Moguntina, Treuirensis & Coloniensis ditio.

23. In quot prouincias seu circulos distincti sunt status imperij?

In decem, Austriacum, Bauaricum, Sueuicum, Francicum, Rhenensem superiorem, Electoralem, Burgundicum, VVestphalicum, Saxonicum superiorem & inferiorem. Prouinciæ sunt Franconia, Bauaria, Sueuia, Saxonia superior & inferior, Rheni tractus, Burgundia, Belgica prouincia, VVestphalia & Austria.

24. Da nomina statuum imperij Germanici?

Duces 4, Sueuię, Brunsuicensis (in Saxonia) Lotharingiæ (in Gallia) & Bauariæ, qui hodie dicitur Palatinus Rheni. Vicarij 4. Dux Brabantię, Dux veteris Saxonię, Dux in Oesterreich / Dux Silesiæ. Marchiones 4 præeminẽtiores seu comites limitanei, Brandeburgensis, Morauiensis, Misnensis, Badensis. *Illustres comites Prouinciales* seu Landgrauij, Thuringiæ, Hessiæ, Alsa-

Alſatiæ, Lichtenbergenſis. *Generoſi comites Caſtrenſes* ſiue Burggrauij, Nurnbergenſis, Magdeburgenſis, Strombergenſis, Reineckenſis. *Comites Magnifici ſeu liberi* 4. Schvvartzburgenſis, Cliuenſis, (qui hodie dux Cliuiæ) Ciliæ, & Sabaudiæ. *Nobiliſsimi Barones* 4. Limburgenſis, VVeſterburgenſis, Aldevvaldenſis, Tuſſenſis. *Strenui milites ſeu aurati equites* 4. de Andlo in Alſatia, in Strandick / de Weiſſenbach / & de Froweberg in Bauaria. *Inſignes ciuitates* 4. Auguſta, Moguntina, Aquiſgranum, Lubeca. *Magnificæ villæ* 4. Bamberga, Schletſtadia, Hagenouia, Vlma. *Famoſi ruſtici* 4. Colonia, Ratisbona, Saltzburgum & Conſtātia. v. Simonis Maioli dies canic. part. 6.

25. Qui ſunt 7. Electores imperij?

Moguntinenſis, Treuirenſis, Colonienſis, atq; Palatinus, dapifer, Dux portitor enſis, Marchio præpoſitus Cameræ, pincerna Bohemus, Hi ſunt qui faciunt Dominū per ſæcula ſummū. Primus Cancellarius Germaniæ, 2. Galliæ, 3. Italiæ. Brandeb. Camerari⁹ Palat. dapifer, Saxo Mareſchallus (Ianitor) Rex Boh. pincerna.

3. Cur aduocati cum post multas in foro victorias fiunt religiosi monasterij negotia procurare iussi caussa fere semper cadunt?

Quia tum mentiri & falsum dicere dedidicerunt.

4. Salutantibus non reddens salutem qui potest excusari?

Quidam à Socrate salutatus non resalutauit, sed hoc nequaquam moleste tulit Socrates. Amicis autem admirantibus & ob hominis inciuilitatem indignãtibus dixit: *Si quis nos præteriret peius affectus corpore quàm nos sumus, nequaquam illi succenseremus, cur igitur illi succenseam qui peius affectus est animo quam nos sumus?*

5. Cur Virtus dicitur quadrata?

Quia hominem reddit quadratum, semper stantem, ac omni ex parte perfectum: Hinc Aristot. in Ethicis virum bonum virum quadratum vocat.

6. Quodnam illud est quod etiam ij habent qui nihil aliud habent?

Spes. Stob. ser. 109.

7. Cur olim qui nobilitate generis alijs præstare videbantur lunulas in calceis gestabant?

Vt rebus elati & superbientes mutationis fortunæ in alteram partem admonerentur. v.c.2. & c. de vestib.

8. Quid aduersus virtutem possunt calamitates, damna & iniuriæ?

Id quod aduersus solem nebula, contra

Vir sine virtute semper manet absq; salute.

9. Quanam herba admouet Ægyptum Italiæ & regiones remotißimas coniungit?

Linum, ex quo fiunt vela nauibus appensa. v. q.26. c.61.

10. Quid est animata bibliotheca, seu viuum Musæum?

Homo valde eruditus qui velut ex professo de omnibus respondere, & inexplicabiles authorum nodos tanquam ex secretiore Musarum adyto cuncta depromens dissoluere potest.

11. Cur Boreas fortes & armatos, auster molles ac togatos facit?

Bo-

Boreas impensè frigidus intus corporis calorem pellit. *Auster* impensè calidus internum calorem plurimum dissoluit, at conceptus calor animositatem, euocatus debilitatem parit. Hinc boreales strenui & bellicosi, australes infirmi sed ingeniosi habentur. Qualis enim est humorum in corpore partiumque proportio, talis est in ipso animo vis, motus, & affectio. Nam animus in hoc trũco corporis multum ab externo aëre, multum à cælo, multum ab ipsa materia pendet.

12. *Qui sunt qui dando plus accipiunt quam si restrictas haberent manus?*

Qui dant eleemosynas, stips enim pauperum est thesaurus diuitum. *Et danti posset dicere pauper*, ait Aug. *Plus prasto tibi accipiendo quam tu mihi dando. Das enim quod in tempore perit, & accipis quod in aternum manet.*

13. *Quinam sunt qui dando spoliant & erogando colligunt?*

Vsurarij. qui diuinas pœnas contracto fœnore soluent.

14. Quid prolixitas capillorum arguit in viris?

Animi leuitatem, & pugnat cum mascula grauitate. Et quemadmodum tonsura capitis dedecorat fœminam, ita decorat virum, 1. Cor. 14.

15. Quomodo vnus homo quodammodo multiplicatur (vt fiat etiam millesimus) & rursus in vnum coalescit?

Si cõcordes fuerint duo aut decem tunc vnus non est vnus, sed illorum quisq; decuplex redditur, inueniesq; in decẽ vnum & in vno decem. Quod si hostes illis aliqui sint, qui in vnum impetum fecerint ij quasi in decem irruerunt, sic capiuntur.

16. Quænam gratia ingrata est?

Auson.

Gratia quæ tarda est ingrata est, gratia namq;
Cum fieri properat gratia grata magis.
Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

17. Quid ijs vsu venit qui alijs dant mutuum?

Plaut. in Trin. Act. 4. Sce. 3. *Si quis mutuum quid dederit, fit de proprio perditum, cum repe-*

repetis, inimicum amicum beneficio iuuenis tuo.

Leihe ich nicht so ists ein zorn/
Leihe ich so ists Gelt verlorn:
Doch besser ist der erste zorn/
Dan freund vñ Gelt zugleich verlorn.

18. Qui homines non nisi diebus festis in terram exspuunt?

Rustici & operarij, & fossores, cæteris enim diebus in manus exspuunt.

19. Quo ænigmate significatur speculum?

Cuiq; suam reddo faciem, mihi reddere soli
Nescia, nec vita prædita, nec facie.

20. Quæ sunt præcipuæ victoriæ?

Vincere 1. benefacientem. 2. seipsum.

21. Cur crux, quæ pro re sacra habetur, etiam in angulis ædium & angiportibus tanquam monitrix ne quis aluum ibi deijciat aut vrinam reddat collocatur?

Cum hoc Turca quidam à Nobile Veneto quæreret Tripoli, quod est celebre emporium Syriæ, respondit Venetus, *Tres sunt cruces, vna est in qua Saluator noster Iesus Christus paßionis nostræ mysterium peregit*

peregit & hanc, vtpote pretioso eius sanguine cõspersam nos honoramus & veneramur: altera illa est in qua bonus ille latro à Christo in paradisi cõsortium adscitus pependit, hancq; nos funeribus nostris & exequÿs præferimus. Tertia est in qua impius ille latro siue sicarius, iustum supplicium sustinuit, quam nullo in precio aut honore habemus, ideoq; tam vili ministerio adhibemus.

22. Cur Adam & Eua postquam mandata Dei ambitioni & gulæ suæ posthabuerant conspectum Dei fugitabant, & colloquium eius perhorrescebant?

Protoplasti post designatum scelus quæsitum latebras iuerunt, & se occultarunt. Genes.3. 1 Quia mens impedita conscientia maleficij, magistra metus, & hortatrix occultationis illis facta est. Nam mox post admissum peccatum stimulatur conscientia. Antequam despexissent iussa Dei non erubescebant. Simulatque conscientia eos redarguit, peccatum sentiunt, fugiunt, latent.

2. Quia arbor, cuius vsurâ Deus illis interdixerat, vestimento innocentiæ, & simul beatitatibus vniuersis eos exuit, ac nu-

nuditatem corporum illis ostendit & oculis ingessit. atque hinc exortus est iste pudor.

Pueri iuniores veste nudati non erubescunt, paulatim crescente corpore, cum mens propriam naturam exerere cœperit, non patienter ferunt se nudari, sed genitalia manibus abscondunt; sic primæui hi humanarum gentium auctores, cum quasi infantes adhuc essent, & nulla peccati macula polluti, non afficiebantur verecundia. S. Aug. 14. de ciuit. Dei cap. 16. *Patebant*, ait, *oculi sed adhuc non erant aperti, id est, non attenti vt cognoscerent quid eis indumento gratia præstaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant, &c.*

23. *Cur vetuit Deus eos de ligno scientiæ boni & mali vesci?*

Non quia noxium erat, cum nullam stirpem noxiam procrearit. Sed 1. quo arbitrij à se donati libertas & se exercendi, & quanti imperia Dei duceret demonstrandi occasionem haberet. 2. vt habere se domi-

dominum intelligerent quem, mandatis eius obtemperando demereri studerent, abstinendoq;ab eo quod per se malum aut noxium haud esset, tantum quia prohibitum esset, huiusmodi obedientiâ Dei sibi beneuolentiam & charitatem compararent, vel potius comparatam retinerent.

24. Cur Noë ad quingentesimum ætatis annum matrimonio carendum sibi decreuit?

Ne ex se numerosa prodiret posteritas quæ simul cum infinitis mortalibus olim periret, si maturè vxorem sibi asciuisset. Deum enim grauissime in omnes vindicaturum semper iudicabat.

25. Quî potuit Noë, Cum coniuge, tribus filijs & eorum vxoribus in clausa vndiq; & munita arca (vno semper in loco, in tenebris & in diuturno carcere) cum bestijs in teterrimo odore tàm diu habitare?

1. Iucunda ei fuit voluptas quòd abfuit à miseria multo maiore, quàm remotissimè. Cum enim cæteri mortalium intumescentibus aquis præfocarentur miserabiliter ipsius domum viuam seruauit Deus.

Quid

Quid autem charius esse potest vita? 2. Potuit Deus, qui naturam rerum condidit, & arcam habitare iussit, ipsi cõmorationem istam cum brutis animantibus reddere iucundissimam. iucundum spectaculum vidit, quando velut à pastoribus aut ducibus adducta aut signo aliquo certo aduocata vel diuino potius impulsu, de mundis septena & septena (masculi & fœminæ) de immundis bina accesserunt, & sese fidei ac beneuolentiæ eius permiserunt, eiusq́; tanquam inquilini fuerunt: quando tot formas & volucrum & quadrupedum ante illud tempus sibi nec cõspectas nec auditas, tot species pulcherrimas intueretur; & caudis, auribus atq; oculis blandientes & contactum plausumq́; minime refugientes necnon manus lambentes aspiceret, alioqui truculentas & à societate hominum penitus alienas. 3. Multo securius arcâ ista quam vllo nauigio ferebatur, mariq́; orbi terrarum superfuso incolumis & ridens innatabat, de Dei vel potentia, vel sapientia, vel bonitate non dubitabat, & quia magna cum spe ac fide arcam erat ingressus diuinæ prouidentię fidebat.

Inde subit grando, post bruchus dente nefando,
Nona tegit solem, primam necat vltima prolem.

28. Cur Nilus & omnes aquæ Ægypti in obscœnum cruorem abierunt vt pisces computrescerent & homines siti perirent, cum interea Hebræi aquam dulcem biberent & vsurparent?

Ob magnas commoditates AEgyptij Nilum pro Deo colebant & se de illo insolentius iactabant. Adhæc in fluenta illius Hebræorum infantes abiecerunt, mutatus ergo in sanguinem est. 1. at de cæde infantium quodammodo conquereretur. 2. vt à quibus diuinis honoribus esset consecratus eos cruciaret. 3. vt per quæ peccassent per eadem punirentur.

29. Quid est quod per ranas puniti sunt?

Quia infãtulos Hebræorum aquis summerserunt flebilibus eorum vocibus nihil ad misericordiam moti. infantes enim quia solis pedibus nondum queunt ingredi officium gradiendi adiunctis manibus implent, atque ita ranas nonnihil imitari videntur.

30. Cur Deus non vrsis, pardis, leonibus, alijsq; carniuoris animantibus, aut certè Ægypto familiaribus ac notis, vt aspidibus (quarum morsus certum adfert interitum) sed vilibus insectis ad vindictam Ægyptiorum vsus est?

1. Punire volebat AEpyptios non perdere, quod si statuisset, famem aut pestilentiam immisisset, quæ duo mala eos instar segetum demessuissent. 2. Homines cum bella gerũt, quam possunt firmissima præsidia & auxilia sibi adiungunt quibus suarum virium infirmitati consultum eant. Deus vero per se potentissimus, cum tanquam instrumentis ad reos afficiendos vti vult, abiecta, parua, despicata eligit. Singuli hi milites & bellatores Dei secundum se quidem erant pusilli, imbecilli, sed armati imperio Dei contra Pharaonis exercitus satis superq; valentes fuerunt, nec instrenuè pugnarunt phalanges istæ, ita vt perfectam retulerint victoriam. Nota quas acies instruxerit Deus, quibus militibus castra sua stipauerit. Imperatores huius exercitus erant Moyses & Aaron.

31. Quare

31. *Quare Ægyptij maximam in animalibus (equis, asinis, camelis, bobus, ouibus) plagam pertulerunt?*

Quia nimium Hebræos vexauerāt cum eorum armenta, iumenta, greges raperent, & intolerabilibus oneribus impositis cruciarent. Sic animalia aliena peccata luebāt, vti etiam in diluuio vsq; ad certum singulorum numerum deleta sunt.

32. *Cur in 7. plaga tria elementa in Ægyptios grassata sunt, aër per tonitrua, aqua per grandinem, ignis per fulgura & fulmina?*

Vt volentes ac nolentes agnoscerent se elementorum ac mundi Domino aduersari, orbis terrarum pro Deo contra insensatos pugnare visus est, omnisq; creatura se aduersus impios armauit. Et quoniam gentilibus persuasum erat diuersis elementis diuersos præsidere deos, idcirco Deus per has tam diuersi generis animaduersiones verum sese & vnicum esse omnium rerum dominum demonstrauit, qui quibus rebus sibi complacitum est vtitur, quando vult, & quemadmodum vult, vt vel inimicos

suos persequatur, vel amicos adiuuet & cõsoletur.

33. *Cur Pharao tot plagis tactus & tantis detrimentis affectus per Mosen eum non iussit interfici?*

Hoc ille extra dubitationem fecisset si id arbitratui ac iudicio suo relictum fuisset. verum Deus aut mentem eius ab ista cogitatione & voluntate prorsus auocauit, aut ei ingentem incussit metum, vt crederet si Mosen vel attigisset protinus sibi moriendum esse. Nam cum videret ipsum tantum ius habere potestatemq́; perdendi quælibet, formidare iure debuit ne, si eum offendisset, ille vi sua ad offendentis exitium vteretur.

34. *Laudandus ne Iephtes Imperator & iudex quod Iud. 10. vnicam filiam suam, virginem, Deo immolarit?*

Nihil minus. Nam non venit ad hanc immolationem diuini spiritus cõcitatione vel instinctu hortatuq́; cælesti, nõ inquam istud fecit diuino spiritu suggerente, sed pietate quadã simplici nimis & vt leuissime

me dicam, inconsulta. Et vota quę nō cum ratione & iudicio suscepta sunt, nec nuncupanda, nec si nuncupata fuerint, pręstanda sunt, ne error ad errorem seu potius ad stultitiam impietas accedat. imprudenter vouit quia nihil excepit. Adhæc ne serui quidem ita sunt in potestate & arbitrio dominorum vt eos insontes trucidare possint nedum filij in parentum. vitam eripere innocenti vbiq; scelestum est facinus. & hæc puella quid vel in patrem vel in leges admiserat vt occidi deberet, cum ipsa lex immerentem occidi vetet? Quis ipsum coëgit pertinaciter adhęrere verbis, in quibus semper quod volueris, non quod protuleris, attendendum, & secundum mentem pronūtiandum? Sæpe siquidem ex perturbatione aut impetu aliquo repentino dicimus, promittimus, affirmamus; quæ minime dicta, promissa, affirmata volumus, ac si quis à Iephte hoc votū concipiente quæsiuisset num etiā inter prima sibi è domo sua occurrentia filiam numeraret, negasset vtiq; & rē vt impiam execratus esset, nec. n. corpus viui hominis sacrificiū est idoneū.

Nec licet dicere (cum nullo id argumento probari possit) Deum occulte hoc ipsi suasisse vt nemini licet occidere vxorem in holocaustum, & dicere, Deum id suasisse occultè & in animo. Mandauit Deus Abrahamo vt filium immolaret, quod autem Iephtes perpetrauit non Dei iussu sed ex voto sua sponte nuncupato perpetrauit, in quo quidem voto tanta vis non fuit vt iniustam necem iustam efficeret, quemadmodum in mandato fuit. Deinde iussit hoc Deus, non quod Isaacum interfectum & parricidium designatũ vellet (eductum enim è vagina gladiũ & ad feriendum sublatum ferire prohibuit) sed vt Patriarchæ illius perfectam absolutamq; obediẽtiam omnibus illustrissimo exemplo proderet. aries pro Isaac mactatus est, quem Deus vtiq; subiecit, vt ostenderet humanum sanguinem se auersari. Et docuit tum Deus à parentibus sibi filios esse offerendos non immolandos.

35. *Quotum egit annum regio stemmate procreatus Propheta Daniel cum captâ Hierosolymâ Babylonem captiuus duceretur?*

Non

Non plus decimũ, qui fuit primus regni Nabucchod. Susannam vero cum morte eripuit duodecimum, Dan. 1.

86. Quot annos viuendo expleuit?

Centesimũ attigisse constat, vltra quantum ætate processerit nondum satis compertum est.

87. Cur potissimum præputium membri genitalis jussu Dei rescindebatur infantibus masculis Iudæorum?

Vt discerent homines ex repugnantia & rebellione carnis, siue ex appetitu aduersus rationis imperium insurgente ibi maximè, vt in officina quadam, libidinis furentem flãmam sibi exstinguẽdam esse.

88. Quid faciendum homini non de industria crepitum ventris emittenti?

Ciuis quidam Rotuilensis coram Sigismundo duce Austriæ oraturus, notabilem crepitũ ventris edidit, quare ad anum conuersus dixit, omnibus audientibus: *Si vultis vos loqui non est opus oratione mea.* atq; intrepide prosecutus est orationem suam. Hoc

adeo gratum erat Principi vt hominem honestissimè tractaret.

39. *Quid est ventus?*

Est supra terram exhalatio, infra terram terræmotus, in nube tonitru.

40. *Vtrum sydera ad mores & peccata inclinant?*

Moses ait Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua (non dixit à syderibus) S. August. li. 5. de ciu. Dei c. 1. ait: *Qui putant stellas potestatem hanc habere, magnam cælo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu à splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia, si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente, fuerat euertenda.* Iac. 1. v. 13. *Nemo cum tentatur dicat quoniam à Deo tentatur, &c.* Peccatum est contra naturalem inclinationem: at sydera naturam cõseruant, ergo ad peccatum non inclinant.

41. *Quem lædit vltio?*

In vlciscentis caput recidit, vt aculeata apis si stimulata aculeum iniecerit moritur. S. Chrysost. hom. 9. in ep. ad Thess.

42 *Quid*

42. *Quid sibi vult illud Horatij in arte:*
Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci?

Eum solum suffragia iudicum tulisse qui & vtile & dulce scripsit, cum & profuerit & delectarit. Punctum pro calculo seu suffragio accipit. apud Romanos enim duobus modis ferebatur suffragium, aut voce, aut tabella. Tabellæ autem erant ceratę, in quibus suffragatores puncta faciebant. omne punctum ferre, est omnibus omnium sententijs atq; suffragijs aliqua re dignum seu in aliquo præstantem iudicari, vel vniuersis placere.

43. *Quid illud Prouerb. Stulti vt turdi sibi malum cacant?*

Sibiipsis ministrant exitij causam. Turdus enim capitur visco sui stercoris.

44. *Quid illud S. Hieronymi* Tom. 1. epist. 8. cap. 4. *Tanti vitrum quanti margaritum?*

Pluris ęstimanda esse pretiosa quàm vilia. & si hominibus non damus nuptas nisi corpore menteq; integras, multo magis id obseruãdum esse in ijs quas Deo sacramus.

Taxat enim S. Hieron. eos qui deformes tantum corporeq; nō integras filias Christo dedicant, illosq́ue qui, pauperibus relictis virginibus, omne fere patrimonium pro dote nubentibus tradunt.

45. In quem S. Hieron. epist. 62. dicit: Lumbis patris habere se putat digitos grossiores?

In eum qui se longè maioribus suis præstare putat & minima sua facta ingentibus parentum gestis præponit.

46. In quos competit seu quadrat illud eiusdem epist. 101. Oleum perdit & impensas qui bouem mittit ad cerôma?

In eos qui indocilem docent, aut quempiam ad id muneris adsciscunt ad quod obeundū minimè est idoneus. Κήρωμα erat vnguentum ex oleo & quarundam terrarum generibus cōfectum quo athletæ vngebantur, oleum enim agilitatem, terra robur præstabat. S. Hieron. tamen non ad vnguentum, vt putat Erasmus, sed vt mihi persuadeo, ad locum vbi athletę vngebantur, qui ipse etiam κήρωμα ab eo vnguento dicebatur, respexit. Bos ad certamina (vel cer-

certamini ac palæstræ) prorsus ineptus est, propterea qui laute bouē nutriebat, eumq́; vngendum ad illum athletarum locum mittebat, & oleum & impensas perdebat.

47. *Quando vtimur eo ex poëtica Horatij sumpto quod habet* Tom.1. ep. 7. & Tom. 2. ep. 111. *Amphora cœpit institui, currente rota cur vrceus exit?*

Cum magnum quid explicare facereq́; aggredimur, & tamen paruum exileque quid facimus. cum magna incœpta respō-dentes sibi fines nō habent, amphora enim magnū est vas, vrceus paruum. figuli enim interdum vas magnum incipiunt & rotæ velocitate prærepti paruum formant, vel euenit ipsis vt dum vnum formare instituunt currente tamē rota ex improuida manu diuersum aliud fiat.

48. *Qui dicuntur* (apud Hieron. tom. 2. li. 2. adu. Ruff. & Tom. 3. ep. 107.) *cornicum oculos configere?*

Qui de re aliqua adeo doctè & ingeniosè scribunt vt cæteris nihil amplius relinquant. seu qui perspicacissimis & oculatissimis

ßimis visum adimũt & tenebras offundunt, aut qui ea quæ antiquitas conflato cõsensu approbauit damnare, rescindere ac cõuellere conantur, qui deniq; callidos & versutos homines versutia & calliditate supplantant, & veteratores veteratoria fraude decipiunt (Cic. pro Mur. & Flac.) Cornices sunt oculatissimæ, & vbi oculatissimis contradicendi occasio tollitur, idem est quod eorum configere oculos vt amplius quod reprehendant nõ videant. Hoc ipsum præstitit S. Hieron. libros sacros ex Hebręo in latinum vertendo. ita enim Iudęorum confixit oculos vt ipsi quo modo nobis illudant amplius non habeant.

49. *Vnde sumptum illud adagium: More Andabatarum gladium in tenebris ventilare?*

A Ludo in quo pugiles duo clausis ac velatis oculis, ne viderent quâ ferirent, certabãt. Nomen à concursu dictum videtur. ἀντιβαίνειν enim est aduersari. Significat autem prouerbiũ hoc temere & nullo iudicio alicui repugnare. Demonactes cynicus loquens in eandem sententiam de duo-

bus

bus quorum alter inepte proponebat, alter ad rem non respondebat, *alter*, inquit, *mulget hircum, alter supponit cribrum*. Hieron. Tom. 2. ep. 1. Cic. ad Trebat.

50. In quos dicitur versus ex arte poëtica Horatij: Parturiunt montes nascetur ridiculus mus?

In eos qui multum pollicentur & parum præstant, vel qui magnificis promissis miram de se mouent exspectationem verum vbi ad rem ventum est meras nugas adferunt cum enim, vt habet Apologus AEsopi, prisci rudesq́; iam tum nascentis sæculi homines intumescentem quendam forte montem vidissent concurrentes exspectabant vt ingens aliquod monstrum inde prodiret, prodijt autem mus quidam paruulus magno omnium risu. Hieron. li. 1. adu. Iouin.

51. Cur Paradisus diluuio non est inundatus, cum sit in superficie huius terræ?

Quia eiectis Protoplastis Deus illi terrę non maledixit. & quia in illum induxerat Enoch (Gen. 5. Syr. 44.) vt ei parceretur, vt &

vt & post in eũ transtulit Eliam, Ioannem Euangelistam & eos qui surgente Christo à mortuis surrexerunt. Defenditur ministerio angelorum à nubibus, ventis, & pluuijs, ideo etsi tempore diluuij aquæ altiores essent illa regione, non tamen irruerunt in paradisum, sed illo remanente sicco quasi murus circumsteterunt, quemadmodũ mare stetit immotum filijs Israël ambulantibus in sicco. Monopolan dec. 1. c. 3. q. 7. ex sententia D. Thomæ p. 1. q. 105. Adde quod licet omnia maria littoribus longe eminentiora sint nõ tamen irruunt in continentem terram. Est inaccessibilis propter impedimenta maris & montium vel desertorum, aut regionis feruentis & æstuosæ. Metropol. ib.

32. Cur lignum ex quo comederunt Adam & Eua vocatum est lignum scientiæ boni & mali?

Chrysost. ho. 16. in Gen. non quia homini scientiam dedit quia iam omnia bona & mala sciebat, sed quia per illud facta est transgressio mãdati & ex illo postea intrauit scientia & erubescentia.

32 Quam

53. Quam artem commendat Cāpanus hoc versu,
Imprimit illa die, quātum nō scribitur anno?

Impressoriam, à Guthembergo equestris ordinis viro inventam & Moguntiæ primum exercitatam, de qua & Philippus Beroaldus:

O Germania muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetustas,
Libros scribere quæ doces momento.

Apud Sinas tamen longe antea quam in Europa hanc artem agnitam esse tradunt multi. Huic accedit ars quæ æri insculpit imagines postea imprimendas.

54. Cur olim dicebatur τρία κάππα κάκιστα, tria cappa pessima?

Quia Cappadoces, Cilices, & Cretenses erant fraudulenti & mendaces, promissi fidem fallentes, sed διπλοῦν κάππα duplex cappa significabat aliquod malum quia vox κακὰ scribitur gemino k. Sic apud Plaut. fur dicitur homo trium litterarum.

55. Cur primi homines post peccatum texerunt & occultarunt genitalia (potius quam ora per quæ comederant) non manu sed ficu?

Ne ea vel ipsi (ait S. August.) attingerent. Tanta turpitudo in ijs post peccatum inhæsit.

56. Cur vna Imperatoris corona dicitur ferrea?

Quia laminam quandam ferream habet in summitate, est alioqui aurea & pretiosissima.

57. Qui dicuntur habere nobilitatem in astragalis?

Qui dignitatem maiorum virtute comparatam fœdis factis amiserunt. Sicut autem frumentum optimum non iudicamus quod in pulcherrimo agro natum est, sed quod commode nutrit: sic neq; virum bonum qui genere clarus, sed qui moribus egregijs est. Virtute & consilio res geritur, non fumosis imaginibus. Socr.

58. Quale animal est rusticus?

Medium inquit Marcellus Donatus, *inter bruta & homines*. Ego vero sentio (saluis aliorũ iudicijs) rusticitatem esse sinceram ac simplicẽ veritatis nutricem.

59. Cur

59. *Cur quidam Principes crebrò mutata veste soli inter rusticos versantur?*

Fridericus Austriæ dux patruus Friderici imp. ita cum rusticis arans de seipso & de purpuratis suis confabulari consueuit. interrogatus cur id ageret respondit, neq; enim de me alio modo verũ audire possũ. Aen. Syl. li. 5. Cõm. in dict. & fact. Alphõsi.

60. Vnde prouenit fœtor Iudæorum?

Is Deo inuisæ genti tanquam macula perpetua videtur esse innatus. Potest etiam augeri mala victus ratione, quia frequenter vescuntur allio & cœpis, & quia nulla vtuntur exercitatione corporis alimẽtum probè non concoquunt. Facile credidero hircosum illum odorem huius gẽtis à Deo reiectæ (Ose. 1.) augeri ob otium & sedentariam vitam & vitiosos humores. Gignitur enim suauitas odoris concoctis à calore humoribus. Antiquitus Scropha quædã seu porca (quę etiã fœtet) posita est in ignominiã & cõfusionem Rabinorũ Iudęorum VVitẽbergę ad parochialis tẽpli murũ versus ortũ, vt refert Laurẽtius Fabritius in oratione de Schẽhamphorasch vsu & abusu.

Et

Et inter cætera ait: Cum Christiani scirent non solum esum & sacrificium porcorum sed etiam imaginem Suis in loco sacro Iudæis esse inuisam, ideo locis sacris quæ intacta ab accessu Iudæorum blasphemorum esse volebant, schrophas apponebant, non vt locum sacrum fœdarent, vel Deum in suis sanctionibus illuderent, aut quædam sacrificia probare, nonnulla improbare viderētur, sed vt loca diuinis cultibus dicata impuris Iudæis redderent inuisa, audiebāt enim Deum & sanctos etiā in sacris tēplis à Iudęis blasphemari. Hęc fuit causa Scrophæ tēplo VVitebergæ affixæ. Cum te iter à collegijs publicis per crates in cœmeterium detulit videre licebit in extremitate muri prope tectum porcam saxo insculptam cum hac inscriptione: Rabini Schemhamphorasch. Docet inscriptio abusum Schemhamphorasch. Habet hæc porca sub se tres puerulos Iudaicos, &c. in parte posteriore scrophæ videbis grandęuiorem Iudæum, &c. addit: ante hæc tempora in his regionibus quamplurimi habitauerunt Iudæi, hoc demonstrant nomina

oppi-

pidulorũ, vicorum, ciuium, & rusticorum quæ adhuc hodie sunt Hebræa. Eadem de caussa in hospitiorum publicorum, à quibus Iudæos exulare volebant, prostibulis suem pictum aut sculptum collocabant, in Berlini &c. Eadem de caussa in antiqua Soraborum vrbe in ducatu Anhaltino columnæ templi exteriori suem lapidi incisum spectamus. talem scropham Judæos lactantem etiam videre licet Magdeburgi in templo magno Canonicorum, in sacello, huiuscemodi porcam videbis & in Bauaria Salisburgensi curiæ incisam in ignominiam Iudæorum qui aliquãdo hostiam cœnæ consecratam ibi consciderunt, &c. imitati sunt Christiani exemplũ Hadriani imp. qui circa annum Christi 139. vt Iudæos ab introitu in vrbem Hierosolymitanam deterreret, portæ qua Bethlehem itur suem marmoream imposuit. Hoc terriculamento à locis sacris Iudæos abigendi ab eo tempore vsi sunt Christiani, &c. Hæc copiosius Laur. Fabritius Hebreę linguæ VVitenbergæ Professor. v. dies Can. Maioli pag. 813. Col. 1. Tom. 3.

61. *Quid significat mundum purum, ac nobile triticum quo Iudæi tempore sui paschatis vescuntur?*

Christum Iesum sine omni vitio & macula natum ex mundissima virgine, Deitate illustratum. Ioan. 16. *Ego sum panis vivus, &c.* Exod. 12.

62. *Quid sacci recenter loti in quos triticum prædictum immittitur?*

Maxime ad paschalia festa eniti oportere vt saccus nostræ mentis seu conscientiæ lotus sit in quem mundiss. illud triticum Christus Iesus & per gratiam & per Eucharistiæ Sacramẽtum recipiatur, hinc Christus ait: *Si mandata mea seruaueritis, (si à peccato mundi eritis) ego in vobis & vos in me manebitis.*

63. *Quid quod Iudæi non molunt paschale triticum nisi in molaribus bene mundatis?*

Corda in peccatis indurata poliri purgariq; debere, alioqui non infundendum granum illud mundissimum.

64. Quid quod Iudæi domos suas ad festum paschatis quam maxime queunt penitus emundant?

Vitia quasi ex angulis omnibus exquirenda esse admoto lumine veri scrutinij, vt tota domo conscientiæ mundata in ea habitare possit mundator ille cordiũ immundo spiritu expulso.

65. Quid quod appropinquante hoc festo quotidiana sua vasa purgant, neq; tamen ijs per festos istos dies vtuntur?

Quotidianos quæstus & actus qui vix sine peccato imo saltem absq; peccati periculo vitæ fiunt, & vnde scandala oriuntur, esse delerendos.

66. Quid quod non solum expoliunt sua vasa, sed & ea adferunt ad suos Rabbinos illorum subituri iudicium sintne satis munda?

Cum per contritionem quis se expurgauit, peccata tamen esse confitenda sacerdoti, vt is iudicet sitne homo ad cœnam mystici agni Iesu Christi admittendus, aut ab eo repellendus.

67. Quid

67. Quid quod vasa ea in cacabum feruentis aquæ immerguntur?

In confeſſione, peccatorum mole exposita, hominem commeritam iram Dei audire & agnoſcere.

68. Quid quod ſacerdos ea vaſa velociter ex aqua feruente eximit, & gelida perfundit, terq; pronunciat, iuſtum?

Quod ſacerdos nos (vaſa iræ) ab ira Dei liberet, aqua abſolutionis perfundat, & iuſtificatos nos pronunciet per miſericordiam Dei patris, ſatisfactionem Chriſti & gratiam Sp. S.

69. Quid quod vaſa ea immerguntur in aquam profluentem?

Nos, etſi per pœnitentiam propter meritum Chriſti à peccatis ſimus mundati, non tamen debere exiſtimare quaſi ſatiſfecerimus Deo quem offendimus, verum profluentibus lacrymis peccata noſtra deflenda eſſe.

70. Cur omnis mouendus lapis vt peccatores diaboli laqueis eximantur?

Si videres aliquem duci ad ſupplicium calcu-

calculo iusto damnatum tibiq́; liberum esset de carnificis manibus ipsum rapere & liberare, certe nihil non faceres vt ne abduceretur: multo magis cũ cernis fratrem tuum à diabolo ad perditionis barathrum contra ius trahi, operam dabis vt eum iniquitatis vinculo eximas 1. Cor. 10. *Nemo quod suum est quærat, sed quisq; quod alterius.* 2. Cor. 11. *Quis infirmatur & ego nõ infirmor &c.* Christus obambulabat ciuitates ac vicos curans morbos animi & corporis, cum tamen posset eodem in loco sedens omnes ad se attrahere, vt præberet nobis exemplum quærendi eos qui perierunt (Matth. 22. Euge serue). Non desidebat etiam cum 99. ouibus exspectans donec quæ aberrauerat veniret ad ipsum, sed abijt ipse & inuenit inuentamq́; gestauit humeris & reduxit. Sic & medici currunt ad ęgros. Christus sanguinem effudit propter nos, & nos ne verbũ quidẽ funderemus ꝑpter ipsum. Samaritanus non sacerdos sed Politicus & vir mundanus erat, & tamen hominem vulneratum quãtumuis ignotum prętereuntium inclementia nihil absterritus Asino

no imposuit & in diuersorium perduxit, non periculum, non pecuniarum impendium, nō aliud pręterea quicquã spectans, Non obtendebat. vbi nunc Sacerdotes, &c. sed quasi venatum quempiam maximum nactus esset ita lucrũ arripuit, cum inuenis aurum non dicis apud teipsum quare ille aut ille hoc non sustulerunt? sed festinas ante alios rapere: ita videns peccatorem cogita te thesaurum reperisse, occasionem illi medendi. Nam si instillaueris velut oleum, sermonis doctrinam, si obligaueris mansuetudine, si sanaueris tolerantia ille te faciet ditiorẽ quouis thesauro. *qui enim eduxerit pretiosum ex indignitate tanquã os meum erit*, inquit Dominus Ier. 15.

71. De quo cane loquitur hic versus:

Est canis in mollistertens mens conscia lecto,
Abrepto somno mordet acerba canis?

De conscientia quæ vna & eadem in nobis singulis est accusator. quoties enim illa nobis diem dicit & ad Dei subsellia nos pertrahit? Eadem est testis, eadem iudex, eadem tortor, eadem carcer, ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa damnat. Tot mu-

nera

nera in nobis prȩstat, sic volente sapientissimo Deo, vt reddamur etiam nullo alio accusante inexcusabiles; neue putemus nos declinaturos tribunal Dei, ecce in nostris conscientijs illud erexit. Huc pertinent illa: *Conscientia mille testes*, imo mille exercitus contra nos. *Conscientia peccatorum codex, &c.* & illud Ouid. 1. Fast.

Conscia mens vt cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora, pro facto spemq; metumq; suo. v. Cic. pro Milone.

Nec non illud Senecæ; *Nullum conscium peccatorum tuorū magis timueris quam temetipsum, alium enim potes effugere, te autem nunquam, nequitia enim ipsa est sui pœna.*

72. Quid in minimo maximum est?

Bona conscientia in corpore humano quæ si adsit hilarius viuit etiam is qui teruncium non habet quam si in vnum hominem sexcentos confles Sardanapalos. Hinc S. Greg. *Quid prodest si omnes laudent & conscientia accuset? at quid poterit obesse si omnes laudent & conscientia sola defendat?* Tantus quisq; est quantus iudicio Dei & conscientiæ suæ est.

73. Vnde

73. Vnde faciendum est principium alicuius rei?

Greg. Naz. in apologia ait: *Optima ratio est cuiusuis sermonis aut operis exordiendi à Deo facere principium, & in Deo desinere.*

74. Cur nihil est audacius indusio molitoris?

Quia omni tempore matutino furem collo apprehendit.

75. Quid significat, Ehe wigs dann wags?

Omnibus in rebus præmeditandum esse finem.

76. Quæ sunt maxime contraria?

Catus cum mure, duo galli simul in æde,
Et glotes binæ viuunt raro sine lite.

77. Cur mendici tot procreant liberos vel numerosam habent prolem?

Quia exploratum habent non se sed alios eorum pueros esse educaturos.

78. Quomodo temperandum est osculum?

Athenagoras Christianus philosophus ait: *Tam accurate temperare osculum, seu potius adorationem salutationis oportet, ne si quo modo pauxil-*

pauxillum mens polluta fuerit ab æterna nos vita proscribat Verbum. orat. ad Christ. De osculo sancto vide finem epist. 1. S. Petri & Baron. Anno Christi 45.

79. Quomodo castitas à Romanis pingi vel sculpi solebat?

Velata facie, quia castos etiam & continentes oportet esse oculos.

80. Cur conseruantis Dei concursus ne momento quidem abesse potest à rebus creatis?

Quia sine eo confestim omnes ad nihilum abirent, vti sublato sigillo, per quod impressa est figura in aquam, confestim figura in aqua euanescit, & amota manu quę pondus in aere tenebat pōdus ruit. D. Bonauentura in 1. d. 37. in primo principali q. 1. v. Conimbr. q. 10. in c. 7. lib. 2. phys.

81. Quæ dos matronis pulcherrima?

Vita pudica. Auson.

82. Quod regnum præstat?

Quod principe præstat, & subiectorum concordi pace cohæret.

83. Quid pacem parit, auget, alit?

Bene viuere paruo,
Non meliora suis oculo spectare retorto,
Plus alijs quàm quemq; sibi deferre studere.

84. Quis Dux aut princeps melius moderabitur orbem?

Qui se plus alijs regit, & moderatur, & vrget
Qui quod in ære suis sibi primũ in pectore scripsit,
Lex animata magis vita quàm voce rogata.

85. An formidari reges aut præstat amari?

Quod popularis amor soluit, trepidatio frangit.

86. Quæ laus & virtus Regis?

Fecisse benigne Pauperibus, Diuum pro relligione stetisse.

87. Quis regnare nequit?

Qui dißimulare nequibit.

88. Quid Reges opulentat, opes conseruat & auget?

Si Rex quosq; procul parasitos arceat aula.
Fraus simulata magis quam vis violenta cauenda est.

89. Quæ

89. *Quo fundamento Resp. constat in auum?*

Si pœnas æquè timidis ac præmia gnauis pendat.

90. *Vbi floret virtus?*

Vbi præmia dantur.
Languentes animos spes lucri suscitat, acres
Et per se gnauos species virtutis honestæ.

91. *Quis populus melius præcepto Regis obedit?*

Quem non spes lucri sed amor natiuus honesti incitat.

92. *Quis instituit magistratum? seu vnde principium regni, quod scilicet vnius omnes arbitrio viuant?*

A dijs principium regni, dij sceptra dederunt.
Nunquàm certè vni vellent sic subdere multi
Colla, nec arbitrium regerentur ad vnius omnes
Ni datus à diuis diuumq; vicarius esset.

93. *Quo fundamento maiestas regni nixa est?*

Iustitiæ neruis & relligionis honore.

94. *Quod summum regni decus est & gloria?*

Docti prudensq; senes & honestũ sponte sequẽtes.

83. Quid pacem parit, auget, alit?

Bene viuere paruo,
Non meliora suis oculo spectare retorto,
Plus alijs quàm quemq; sibi deferre studere.

84. Quis Dux aut princeps melius moderabitur orbem?

Qui se plus alijs regit, & moderatur, & vrget
Qui quod in ære suis sibi primũ in pectore scripsit,
Lex animata magis vita quàm voce rogata.

85. An formidari reges aut præstat amari?

Quod popularis amor soluit, trepidatio frangit.

86. Quæ laus & virtus Regis?

Fecisse benigne Pauperibus, Diuum pro relligione stetisse.

87. Quis regnare nequit?

Qui dißimulare nequibit.

88. Quid Reges opulentat, opes conseruat & auget?

Si Rex quosq; procul parasitos arceat aula.
Fraus simulata magis quam vis violenta cauenda est.

89. Quæ

89. Quo fundamento Resp. constat in æuum?

Si pœnas æquè timidis ac præmia gnauis pendat.

90. Vbi floret virtus?

Vbi præmia dantur.
Languentes animos spes lucri suscitat, acres
Et per se gnauos species virtutis honesta.

91. Quis populus melius præcepto Regis obedit?

Quem non spes lucri sed amor natiuus honesti incitat.

92. Quis instituit magistratum? seu vnde principium regni, quod scilicet vnius omnes arbitrio viuant?

A dijs principium regni, dij sceptra dederunt.
Nunquàm certè vni vellent sic subdere multi
Colla, nec arbitrium regerentur ad vnius omnes
Ni datus à diuis diuumq; vicarius esset.

93. Quo fundamento maiestas regni nixa est?

Iustitiæ neruis & relligionis honore.

94. Quod summum regni decus est & gloria?

Docti prudensq; senes & honestũ sponte sequẽtes.

95. *Quid prosunt artes?*

Quod sol & luna videnti.

96. *Quæso quid hic cōfert ad rē regnūq́; tuēdum,*
Qui disciplinis se mancipat abdit in antra?

Est manibus cor pluris habendum.

97. *An censes regem iucundam ducere vitam?*

Si sapit insuauem, volupem si desipit.

98. *Quis securius & felicius exigit æuum?*

Qui paucis viuit, minimum desiderat.

99. *Cur animis nostris nil satis est, quod habent vilescit habendo?*

De cælo nobis animus descendit in arctum
Corporis hospitium tāquam peregrinus & hospes,
Nil igitur quod se minus est & vilius explet.

100. *Quid sibi vult dictum,*
Ne te quæsiueris extra?

Non te iudicio vulgi metire sed ex te.

101. *Cur delectatur plus quàm vir fœmina cultu?*

Quod natura negat mulier sibi sumit ab arte,

Aut cultum quærit vultus, virtutis egena.

102. Cur minus in bello miles quam pace dolorem sentit?

Superantur honore dolores.

103. Cur delinquentes ægre reprehendimur omnes?

Quisq; sibi perfectus & optimus esse videtur.

104. Qui fit vt interdum defectu luna laboret?

Terra vetat solis lumen quo luna refulget.

105. Stellæ sponte sua iussúue feruntur & errant?

Cum partes sint orbis in orbe mouentur in orbem.

106. Cur ab angelis in orbem voluuntur orbes?

Vt omnia crescant, Terra, suos fœtus & semina proferat.

107. Cur igitur non est eadem seges omnibus annis Idem prouentus cũ motus & vnus & idẽ est?

Errabunda planetarum coniunctio caussa est.

108. Dic quid id esse putas generauit filia matrem?

Est glacies in aquam cũ soluitur vnde coacta est.

109. Quid sibi vult, ne qua domi tibi viuat
hirundo?
Inconstans, infida, loquax, vaga, vilis hirundo
Admonet his vitijs insignes esse cauendos:

120. Quid hoc, Sapiens gladio non verberat
ignem?
Non Regum temerè sapiens exasperat iram.

121. Vnde putas natum, ne te premat annulus
arctus?
Ne tu tale genus vitæ moremq́ sequaris
Vnde pedem nequeas vltroq́ citroq́ referre.

122. Dic quid id esse putas, semper sal ponito
mensis?
Semper amicitiam sartam tectamq́ colendam.

123. Quid sibi vult istud, nemo sibi frangito dentes?
Nemo dicax esto, nec verbo vulneret aures.

124. Scire velim quod id esse putes, ne carpe
coronam?
Ne violes leges, & plebiscita refigas,
Ne Reges lædas, quorum est gestare coronam.

125. Quid precor hoc, Molochen (maluam) sere,
non tamen vtere victu?
Admonet vt semper mansueti simus in omnes.

Pla-

Placati ac faciles, in nosmet vero seueri.

126. Quid precor hoc caue ne coacerues ligna cupreßi?

Ne sis sacrilegus, ne dijs sacra perfidus aufer.
Ne tibi tu diuum spolijs araria dites.

Ex altercatione Hadriani Aug. & Epicteti Philosophi.

127. Hadr. Quid est epistola?

E. Tacitus nuncius.

128. Quid est pictura?

Veritas falsa.

129. Qui sunt qui sani ægrotant?

Qui aliena negotia curant.

130. Quid est quod homo videre non potest?

Alterius animum.

131. Quid Regi & populo commune est, diuiti & pauperi, fortunato & misero?

Nasci & mori.

132. Quid est optimum & peßimum?

Verbum.

133. Quid est quod alij placet alij displicet?

Vita. 134. Qua-

134. *Quare mortuus coronatur?*

Agonem se vitæ transegisse testatur.

135. *Quid est mundus?*

Stultorum cauea.

136. *Quare Venus nuda pingitur?*

Nuda Venus picta est, nudi pinguntur amores,
Nuda quibus placuit nudos dimittat oportet.

137. *Quare Venus Vulcano nupta est?*

Ostendit amorem ardore incendi.

138. *Quare Venus straba est?*

Quia prauus est amor?

139. *Quid est amor?*

Otiosi pectoris molestia.

140. *Quid est miles?*

Murus imperij, seruator patriæ, gloriosa seruitus.

141. *Quid est curia?*

Curarum mater.

142. *Quid tradunt historici de admirando robore corporis Milonis Crotoniensis athletæ?*

Dum consisteret nemo eum vestigio edu-

educere poterat; & malum tenenti digitis nemo extorquere, in Olympium certamen bouem per ſtadium repreſſo anhelitu portauit, ictu pugni vel nudæ manus eundem interfecit, totumq́; eodem die deuorauit. Tandem tamen viribus nimium confiſus miſere perijt. Gell. lib. 15. cap. 16. Plin. lib. 7. ca. 20. aliquando columnæ domus (in quam cœtus philoſophorum conuenerat) ruina vacillantis & inclinatæ aſſiſtens viribuſq́; obnitens labantes ædes tãtiſper ſuſtinuit, dum omnes ſalui exirent quę mox ipſo quoq; poſtremum effugiente conciderunt. Exitum autem miſerabilem nimia virium fiducia ſibi cõparauit. Nam cum aliquando per vaſtiſſimos ac inuios oberraret ſaltus ingentemq́; truncum cuneis adactis findi cœptum imperfecto tamen opere conſpexiſſet, inſertis in hiatum ligni manibus pedibuſq́; totum dirumpere conatus eſt, ſed cuneis elapſis iterum coëunte ligno manus viro incluſæ reſtiterunt, qui ſic tum feris ſe laniandum præbuit:

quæstiones obscuras ei proposuit. Quas cum ille nullo negotio soluisset, donauit ei 120. auri talenta, præter gemmas & aromata. De certamine sapientiæ quod stipatores Regis Darij inierunt legimus c. 3. & 4. lib. 3. Esdræ. Refert etiam Gell. (lib. 18. noct. att. c. 2.) quod Itali omnes qui Athenis dabant litteris operam sæpissimè in vnum aliquem locum sese nonnihil recreaturi conuenire solebant: Tum singuli ex ordine cœnulam instruebant, totidemque res quærebant quot studiosi conuenerant. Præmium soluendæ quæstionis, veteris alicuius scriptoris librum Græcum aut Latinum, & coronam è lauro ponebant. Rem locumq́; dicendi sors dabat. Quæstione soluta, præmio victor & corona donabatur, non soluta trāsmittebatur ad eum qui sortito successerat. Si nec is dissoluisset Deo, cuius festum erat, dicabatur.

Multos hinc flores & fructus collige, Lector,
Qui mentem instituant lætitiaq́; beent.

Ad maiorem Dei gloriam.